

*MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80596-5*

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

COMPERNASS, JOHANN

TITLE:

DE SERMONE GRAECO...

PLACE:

BONNAE

DATE:

1895

Master Negative #

92-80596-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

887.5

Z8

v.13

Compernass, Johann, 1867-

De sermone Graeco volgari Pisidiae Phrygiaeque
Meridionalis (De verborum structura). Dissertatio
...quam...defendet scriptor Ioannes Compernass...
Bonnae, typis C. Georgi, 1895.

56 p. 21½ cm.

Thesis, Bonn, 1895.

Volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 5/26/92 INITIALS JM
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910




301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

5750 88/58
no. 5

DE SERMONE GRAECO VOLGARI
PISIDIAE PHRYGIAEQVE MERIDIONALIS

(DE VERBORVM STRVCTVRA)

DISSERTATIO PHILOLOGICA
QVAM
AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE IMPETRANDOS
AMPLISSIMO IN VNIVERSITATE FRIDERICIA
GVILELMIA RHENANA PHILOSOPHORVM ORDINI
TRADITAM VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIIS
DIE III MENSIS MAII ANNI MDCCCXCV HORA XII

DEFENDET SCRIPTOR

IOANNES COMPERNASS
RHENANVS

ADVERSARII ERVNT
PETRVS GAVL
GODOFR. KENTENICH
IOANNES KLASEN

BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.
MDCCCXCV

CAROLO KRICK

CRVCINIACENSI

PRAECEPTORI CARISSIMO

PIETATIS ERGO

Quod ab initio speraveram totam simul de Graecitate volgari Pisidiae Phrygiaeque meridionalis dissertationem proponere me posse, id quominus perficerem materia ipsa in dies aucta impedivit. Quocirca alteram de verborum structura partem tam theologis quam philologis longe graviolem propono, priorem imperfectam adhuc ubi ad finem perduxero publicaturus. De subsidiis, quae in tractanda materia adhibui, cum in priore parte reddenda fuerit ratio, nunc indicare satis habeo actis sanctorum maxime usum me esse eis, quae in ipsa Pisidia Phrygiaeque meridionali scripta 'sermonem Graccum testantur qualis Antiochiae, metropoli Pisidiae et colonia Romana, vergente saeculo quarto p. Chr. aut ineunte quinto volgabatur.' Secundant quodammodo tituli, ut qui adstricti certis quibusdam formulis tenuiorem quidem suppeditent materiam, tamen ad confirmandum actorum sanctorum usum satis sint idonei. Superest, ut gratissimo animo profitear in difficilioribus rebus explicandis, quotiens auctoribus et ducibus egebam, summa qua sunt liberalitate, a V. V. Cl. Cl. Hermanno Usenero et Felice Solmseno adiutum me esse.

I. De usu articuli.

Quamvis etiam in optima Graecitate articulus apponatur nomini ei quod praedicati vice fungitur, tamen in sermone vulgari hic usus multo frequentior est (cf. Wineri gr. § 17, 5); eiusmodi exempla adpronimus haec: ὁ θεὸς ὁ τάξας δίκην ἀνεκλάλητον — cū εἶ ὁ τῶν νηστευόντων καὶ προσευχομένων καὶ ἑαυτοὺς ταπεινούντων διὰ ἐὲ πάντων τούτων πατήρ Act. Mar.*) 24, 3 sqq. — αὐτὸς ὑπάρχεις τῶν ἁγίων ἢ πίστις ἢ ἄνωθεν, ὁ λίθος ὁ ἀκρογωνιαίος καὶ τὸ καταφύγιον καὶ στερῆμα τῶν σῶν δούλων ibid. 28, 12 sqq. — κύ μου ἢ ῥάβδος καὶ κλιμαξ ἢ ἀνάγουσά με πρὸς τὸν πατέρα ib. 28, 14 sqq. — αὐτὸς εἶ ὁ φωτισμὸς μου ib. 39. 15.

Participiis additur: Act. Mar. 24, 17 sq. 25, 40. 26, 4. 33, 40. 33. 1. Act. Chr. 71, 27 sq. — Similiter articulus adhibetur post verba appellandi, ut: ἐγὼ οὖν λέγομαι ὁ Σατᾶν Act. Mar. 32, 24; qui usus non repugnat communi Graecitati. Nominibus terrarum et urbium summa licentia articulus modo datur modo denegatur. Plerumque autem articulo carent nomina propria urbium, ubi praepositio antecedit.

Adest articulus in hisce: ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Ἀντιοχείων πόλιν Act. Mar. 17, 5. — τῆς Συρίας Act. Chr. 63, 2. — ἡ Σαγαλασκέων πόλις πρώτη τῆς Πικιδίας C. J. G.

*) Act. Mar. vel A. M. significavi Acta Marinae, Act. Chr. vel A. Chr. Acta Christophori ed. H. Usener. Bonnae 1886.

4368 (tit. Sagal.). — τῆς πόλεως Ἀντιοχείας Act. Mar. 16, 25. — εἰς τὴν Πέργην Act. Chr. 63, 4.

Deest: ἐν πόλει Ἀντιοχείων τῆς πρώτης Πικιδίας A. M. 15, 13 sq. — ἐν Ἀντιοχείᾳ ib. 19, 3. — ἐν πόλει Ἀντιοχείᾳ A. Chr. 63, 2. — ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Αἰθιοπία A. M. 35, 13. — ὁ ἐπίσκοπος Πέτρος πόλεως Ἀτταλείας συνορούσης Πικιδία A. Chr. 75, 6 sq. — Κρήσκεντα ἐπίτροπον Λυγδούρου Γαλλίας καὶ ἐπίτροπον Φρυγίας καὶ ἐπίτροπον καστρήσιν C. I. G. 3888 (tit. Eumen.). Item in nominibus personarum summa licentia articulus modo adhibetur modo non additur. Quod maxime e titulis apparet, in quibus, quamquam accedit nomen, quod significat necessitudinem vel magistratum vel aliam condicionem, tamen plerumque articulus neglegitur; satis est exempla afferre ea, quae articulum modo positum modo omissum exhibent: Κλαυδίας Διοκλέους τῆς γυναικὸς αὐτοῦ καὶ Κλαυδιανοῦ υἱοῦ αὐτοῦ C. I. G. 3885 (tit. Eumen.). — ἐμαυτῷ καὶ γυναικί μου καὶ τοῖς τέκνοις 3962 c (tit. Arameae). — Παύλῃ θυγατρὶ καὶ τῇ συνβίῳ 3989 k. (tit. Phryg.). — Omnino deest articulus: Δημήτριος Στράτωνι ἀδελφῷ καὶ Μελιτεῖνα ἀνδρὶ ἰδίῳ cὺν τέκνοις Στράτωνι καὶ Μενάνδρῳ Στράτωνι [γλ]υκυτάτῳ 3811. (tit. Doryl.). — Ἀπολλωνίῳ υἱῷ κ. γυναικὶ αὐτοῦ Μελτίνῃ 3902 o (tit. Eumen.). — Ἀσκληπᾶς Τατιά μητρὶ καὶ ἀδελφῷ Ἀππᾶ καὶ Ἀρχέβουλος [c]υνβίῳ καὶ Τατεῖ ἀνδρὶ καὶ Τατιάς δαέρι καὶ Ἀσκληπᾶς πατρὶ 3827 i (tit. Cotyaei.). cf. praeterea 3810 (tit. Doryl.). 3812. 3814. 3820. 3822 b. (tituli Dorylaeenses) 3826 (tit. Cotyaei) 3902 k (tit. Eumen.). Ubi genetivus pronominis personalis vel reflexivi vel ἴδιος additur, articulus plerumque adscitur; interdum tamen etiam his appositis neglegitur, ut ex exemplis quibusdam iam supra allatis apparet; adicio haec:

Κόντων εἰριδιτῆς ἑαυτοῦ γυναικί Bull.*) 2. 602 (12) (tit. Cibyrae). — Βηρυλλιανῷ ἰδίῳ ἀνδρὶ C. I. G. 3984.

*) Bulletin de correspondance hellénique.

(tit. Philomel.). — Ἀμμίω γυναικὶ ἰδίᾳ 3846 f (tit. Aezan.). In actis sanctorum nominibus propriis personarum plerumque deest articulus, quamvis eadem nomina iterentur in contextu. In singulis autem observandum est dici: ὁ Χριστός (exceptis locis his: A. M. 31, 12. 34, 23. 40, 32. A. Chr. 72, 1), ὁ Ἄϊδης, ὁ Σατανᾶς, ὁ Σαταναήλ, ὁ Ζεὺς (excipitur A. Chr. 68, 2), ὁ Ἀπόλλων, ὁ Ἡρακλῆς. Praeterea invenitur articulus praefixus: A. M. 29, 8. 10. 31, 10. 39, 9. 13. 42, 27. 31. 46, 6. — A. Chr. 58, 6. 11. — Pronomina οὗτος et ἐκεῖνος articulo numquam carent. Et quidem rarius antecedunt οὗτος et ἐκεῖνος nomini cui articulus praefixus est, plerumque subsequuntur. In adhibendo vel omittendo articulo apud πᾶς pronomen Graecitas Phrygiae et Pisidiae non recedit ab usu communi, nisi quod semel plurali articulus insolentius adhibetur: καὶ γράφω τοῖς πᾶσιν A. Chr. 64, 11. Ἐκαστος numquam recipit articulum. Quamvis secundum normam vocibus τοσοῦτος et τηλικούτος ubi certa res notatur, articulus praefixus sit in: τίς ἡ τηλικαύτη σου τόλμα ἢ ἡ τοσαύτη σου παρρησία A. Chr. 70, 15, tamen in: μετὰ τηλικαύτην τιμωρίαν A. Chr. 71, 23 articulus omissus est.

Sunt quaedam nomina quae articulum modo admittant modo recusent.

1) οὐρανός et singulariter et pluraliter dictum articulum plerumque adsciscit sive praepositio praefixa est sive non praefixa est. Paucis locis praecedente praepositione articulus remotus est: ἐν οὐρανοῖς A. Chr. 59, 18. 65, 6. 66, 21. (Apud scriptores V. et N. T. usus variat.)

2) nomen θεός plerumque articulum adsumit non solum cum significatur Christianorum deus, sed etiam ubi Graecorum dei intelleguntur.

Quamquam deest articulus A. M. 46, 8: τίς ὁμοῖός σοι ἐν θεοῖς, et A. Chr. 64, 13: θεοὶ γὰρ οἱ οὐκ ἐποίησαν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Praeterea A. Chr. 61, 5. 61, 8. 62, 12. 65, 28, ubi Christianorum deus significatur.

3) Item nomen κύριος tametsi longe plerisque locis

articulum habet, nonnullis tamen eo eget: A. M. 17, 3. 20, 2. A. Chr. 75, 15. 18. (Apud scriptores N. T. saepius articulus deest, praesertim ubi praepositio antecedit. Quamquam Paulus ap. articulum plerumque addit, cf. Wineri gr. § 19, 1).

4) Nomini γῆ articulus omnibus locis appositus est excepto A. M. 28, 30: τοῦ κακούργου εἰς γῆν ῥιφέντος.

5) Articulum ubique servat nomen ὁ διάβολος.

6) At caret articulo ubique nomen πρόσωπον: A. M. 24, 3. 25, 40. 41, 23. A. Chr. 57, 9. 65, 18. Item nomina ὦρα, θάνατος, ἀρχή.

Nomini attributum accedit triplici ratione:

a) attributum articulo et nomini interponitur, qui usus in actis s. minus frequens est;

b) attributum repetito articulo subsequitur nomen item articulo praeditum, qui usus longe frequentissimus est, velut: A. M. 15, 4 sq. 19, 6. 20, 29. 21, 11. 30, 18 sq. 32, 25 sq. 34, 28. 35, 21. 38, 51 sq. A. Chr. 58, 18. 66, 23. 70, 10.

c) nomen caret articulo, attributum articulo praefixo subsequitur, qui usus rarissimus est atque in titulis tantum invenitur: χεῖρα τὴν βαρύφθονον C. I. G. 3814 (tit. Doryl.) 3827 v (tit. Cotyaei). Interdum etiam attributum articulo caret in eadem formula ut 3843 (tit. Aezanor.) saepius. —

In act. s. etiam eius formae, quam vocant praedicativam, exempla pauca invenias, velut: γλυκεία τῇ φωνῇ A. M. 44, 4. — ἐξ ἐναντίας τῆς θύρας A. Chr. 59, 13.

Graecorum consuetudini repugnat quod participium ὦν aut articulus omittitur velut: τῶν τριῶν δούλων σου ἐν πυρὶ A. Chr. 59, 17.

In adhibendo articulo pronominis loco in formulis ὁ δέ, ἡ δέ, οἱ μέν cet. sequitur sermo vulgaris normam grammaticae: ὁ δὲ A. M. 45, 30. A. Chr. 64, 27. 66, 29. 67, 14. 75, 1. — ἡ δέ A. M. 18, 37. 37, 21. 42, 27. A. Chr.

60, 14. 67, 13. 15. 28. — οἱ μὲν — ἡμεῖς δέ A. M. 35, 20 sqq. — οἱ δέ A. M. 36, 31. A. Chr. 62, 5. 73, 23. — αἱ δέ A. Chr. 65, 21. 26. 28. 66, 17. — οἱ μετ' αὐτοῦ πάντες A. Chr. 63, 3.

II. De usu pronominum.

A. De pronomibus personalibus, possessivis, reflexivis.

Pronomina personalia in sermone vulgari multo frequentius adhibentur non solum ubi personae cum gravitate et pondere significantur aut ubi complures personae opponuntur inter se, verum etiam ubi totius sententiae condicio tam aperta et dilucida est, vix ut quae persona dicatur dubitare possis. Similiter genetivi pronominis αὐτοῦ saepissime in eodem enuntiato, ubi personae alicui vel rei complures res accidunt, iterantur sine ulla causa; cf. A. M. 16, 29. 18, 34—36. A. Chr. 59, 14. —

Rursus quadam neglegentia factum est, ut pronomem quod obiecti loco ponendum erat, prorsus omitteretur, ut: ἐκ μαγείας ἀπέκτησας καὶ ἀπέκτεινας A. Chr. 69, 7, expectamus relativum ἦν. — Post pronomem relativum in eodem enuntiato additur αὐτός, ut: ἦν γεννηθεῖσαν εὐθὺς παρέδωκεν αὐτὴν εἰς ἀνατροφήν A. M. 16, 24. qui usus quamquam non abest a consuetudine Graecorum, tamen rarius invenitur; frequens est in Vetere et Novo Test.; e Graecorum numero laudat Winerus: Xen. Cyrop. 1, 4. 19. Diod. Sic. 1, 97. 17, 35. cf. Wineri gr. § 22, 4 b).

Pronomen αὐτός munere fungitur demonstrativi αὐτός in: ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς καὶ αὐτῆς φυλάττεσθαι τὸ ἄγιον σῶμα A. Chr. 69, 1 sq.

Pronomen reflexivum ἑαυτοῦ III. pers. saepius etiam loco primae et secundae personae pronominis refl. ponitur, velut: Αὐρ. Μαρκέλλος ἑαυτῷ ζῶν καὶ Ἀμμωνῇ τῇ γυναικί

μου ... καὶ Ζηνοδότῳ τῷ γαμβρῷ μου ... κατεσκεύασα τὸ μνημεῖον C. I. G. 3863 (tit. Phryg.), similiter 3890 (tit. Eumen.), 3989 e (t. Phryg.), — ἀνεστήσαμεν τοῖς τέκνοις ἡμῶν Οὐάλεντι κὲ Γαῖῳ κὲ ἑαυτοῖς ζῶντες 3997 (tit. Iconii) — cf. Mitt. 13. 259 (80) (tit. Laodic.). — κατεσκεύασα τὸ ἥρωον ἑαυτῷ καὶ τῇ σεμνοτάτῃ καὶ προσφιλεστάτῃ γυναικί μου Μαρκέλλῃ καὶ τοῖς ἑαυτῶν τέκνοις Bull. 8. 234 (in tit. Eumen.), ubi contra normam pluraliter dictum est ἑαυτῶν pro ἑαυτοῦ, quod a prima persona sing. transitur ad tertiam plur. — loco II. pers.: βοηθήσατε ἑαυτοῖς A. Chr. 68, 9.

Loco pronominis reflexivi person. I. adhibitum est αὐτός in: Αὐρ. Πρίβις σὺν τῷ υἱῷ αὐτῆς Αὐρ. Μαμά Πιτην[ῶ] τῷ γλυκυτάτῳ μου ἀνδρὶ Ζωσίμῳ ἀνέστησα Mitt. 13. 262 (91) (tit. Laodic.); causa fuisse videtur, quod αὐτοῦ et αὐτοῦ spiritu tantummodo distinguebantur, αὐτοῦ autem etiam post substantivum articulo praeditum locabatur; spiritus autem asperi vim aut prorsus nullam aut certe perexiguam fuisse in Pisidia et Phrygia ex exemplis, quae tenues pro tenuibus aspiratis exhibent, satis apparet. (de formis ἑαυτοῦ et ἑαυτῶν pro ἑαυτοῦ, ἑαυτοῦ etiam Graecis usitatis cf. Wineri gr. § 22, 5.).

Interdum contra normam casus obliqui pronominum personalium articulo et nomini interponuntur, pronominis reflexivi nomen articulo praefixo subsequuntur, velut: πρὸς τὸν ἡμῶν βασιλέα A. Chr. 61, 8. — τῷ ἀνεπιῷ ἑαυτοῦ Mitt. 13. 269 (125) (tit. Laod.). — καὶ ἀναλαβόντες τὸ ἄρμα ἑαυτῶν A. Chr. 72, 19.

Insolentius interdum adhibitae sunt ampliores formae pronominis personalis, ubi expectantur breviores: τῇ συμβίῳ ἐμοῦ Βαλβιανῇ Bull. 17. 245 (12) (tit. Phryg.) — καὶ νυμφίος ἐμοῦ ἐστίν A. M. 30, 23.

Praeterea notandum est, in actis s. frequentissime genetivos pronominum personalium, quamquam sine pondere dicuntur, nomini, unde pendent, praeponi, velut: A. M. 17, 15. 19, 17. 18. 24. 28, 14. 29, 12. 33, 4. 16.

38, 41. 46. 41, 10. 42, 33. 38. 43, 29. 44, 9. 11. 45, 31. 46, 23. A. Chr. 60, 4. 62, 3. 67, 4. 11. 70, 15. 73, 9.

Loco pronominis possessivi in titulis frequentissime ἴδιος et οἰκεῖος adhibentur, quamquam non erat cur cum pondere ratio possessiva exprimeretur; eiusmodi exempla habes: 3902 q (tit. Eumen.), 3989 e ib. et passim; etiam αὐτοῦ accedit, ut Journ. of hell. st. 4. 393 (tit. Motellae a. 237); cf. ea quae Usenerus de hoc usu cadentis Graecitatis dixit in Vita Theodosii p. 123.

B. De pronomine demonstrativo.

Pronomen demonstrativum ὅδε in actis s. nusquam invenitur; in titulis paucis locis exstat, velut: (ἐ)ν τῷδε τῷ τόπῳ Bull. 3. 479 (tit. Phryg.); τήνδε τὴν στήλην Mitt. 13. 253 (68) (tit. Laod.), cf. etiam 3827 cc (tit. Cotyaei). Neque ὡδε adverbium in usu est; acta s. usquequaque exhibent οὕτως, ut: A. M. 37, 22. A. Chr. 72, 11. 73, 24. 74, 2.

Secundum communem usum saepius coniunctionibus ὅτι et ὅπως demonstrativum praerponitur, velut: διὰ τοῦτο ἐλήλυθα, ὅπως ἐπακούσωμαι τῶν διὰ σοῦ με παρακαλούντων. A. M. 42, 36 sq. — ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ θαυμαστωθήκη, ὅτι ἐμερίμνησας περὶ τούτου A. M. 74, 21 sq. —

Pronomen αὐτὸς naturam demonstrativi οὗτος induisse videtur, quod luculenter apparet ex his locis: ἐκέλευεν ὁ βασιλεὺς καὶ αὐτῆς φυλάττεσθαι τὸ ἄγιον σῶμα A. Chr. 69, 1 sq. — καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐλύθη τὰ δεσμὰ τῆς ὀσίας A. M. 39, 6.

C. De pronomine relativo.

Secundum normam optimae Graecitatis pronomen relativum, ubicumque fieri potest, casui obliquo anteedentis nominis quocum artissime cohaereat, assimile efficitur; exempla: ὅτιπερ καὶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ λόγος αὐτοῦ . . . οὐκ ἐφείατο τοῦ ἰδίου σώματος οὐπερ ἀνέλαβεν

ἐκ τῆς ἀγίας παρθένου Μαρίας A. M. 20, 5 sqq. — καὶ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ ἐλέει σου καὶ ἐπὶ τοῖς χαρίσμασι καὶ τῇ πίστει ἣ μοι ἐδωρήσω ib. 28, 25. — καὶ ἐπὶ τῇ ἐξουσίᾳ ἣ ἔδωκας τῇ δούλῃ σου Μαρίνῃ ib. 28, 27. — ἕως ἂν δῶς λόγον περὶ τῶν ψυχῶν ἧν ἀπόλεσας ib. 36, 3.

Attractionis quae dicitur inversae exempla non exstant.

Anticipationis quae dicitur rarius adhibetur, exempla sunt: ὅπως νικήσω τὴν τούτου φλόγα ὃν οὐκ ἠπιστάμην ὁποῖος ἦν A. M. 26, 8 sq. — ἵνα ἴδω αὐτὴν ὁποῖα ἐστίν A. Chr. 59, 10. — θεωροῦμεν τὸν ἄνθρωπον ὅτι ἀλλόφυλος ἐστὶ A. Chr. 65, 10 sq.

Pronomen relativum, quod subiecti munere fungitur, a nomine praedicati loco posito attrahitur: ἵνα καταξιώσης με λούεσθαι ἐν τοῖς ὕδασι τούτοις ὃ ἐστὶ λουτρὸν ἀθανάσιον cet. A. M. 31, 6 sq.

Pronomen ὅστις, quod ex usu optimae Graecitatis adhibetur, quotiens intellegitur persona vel res generaliter et in universum spectata, in sermone vulgari hanc proprietatem deposuit et naturam pronominis ὃς quod ad certam personam et rem refertur, induit; quocirca perraro inveneris exempla, quibus genuina illa significatio ostendatur; exempla subiciamus usus translati haec: ἦτις αὐξήσατα ἐν τῇ οἰκίᾳ τῆς τροφοῦ κατέμεινεν A. M. 16, 26. — καὶ ἐγὼ δὲ θεὸν ὁμολογῶ . . . ὅστις ὑπ' οὐδενὸς νικάται A. Chr. 68, 19 sq. — Ex titulis profero haec exempla: Δαμᾶ ἀδελφῷ ὅστις ἔζησεν ἔτη ᾗ 3860, 7 sq. (in tit. Phryg.). — (ἢ θήκη) ἦντινα ὠνήσατο Pap. 2 nr. 19, 3 (tit. Heracleae). Quamquam hic usus non solum ad sermonem vulgarem pertinet, sed etiam apud scriptores cadentis Graecitatis frequens est.

D. De pronomibus τίς, τις, ἄλλος cet.

Inprimis notandum est pronomen interrogativum τίς frequentissime muneribus fungi pronominis ὅστις indefiniti; de origine huius usus dicit O. Immisch in Leipzig. St. X, p. 310: 'Fuit autem τίς interrogativum initio pro ὅστις

item interrogativo' et paullo infra 'posito igitur semel τίς in hunc modum pro ὅστις, huius ipsius ὅστις vim induit etiam indefinitam (quicumque), unde rursus tendit ad sensum satis prope adludentem, relativum'. Exempla, quae Immischius e titulis Thessalis et Cypriis petivit, repetere cum longum sit, satis habeo indicare hunc usum iam Sophocli frequentem fuisse, in numero prosae orationis scriptorum Demostheni certe vindicandum esse. In universum sane id quod iam Schneidewinus ad Soph. El. 316 dixit, apud Atticos quidem rariorem huius pronominis usum fuisse saepius deinde apud Alexandrinos exempla inveniri, statuemus.

Iam accedamus ad usum huius pronominis in sermone volgari Pisidiae Phrygiaeque.

In actis s. unum exemplum invenis hoc: καὶ τί θέλει ποιῶ σοι A. Chr. 67, 26. Saepius in titulis hic usus invenitur: τίς ἄν δὲ χεῖρα προκατάγει βαρύφθονον C. I. G. 3843, 4 sqq. (in tit. Aezan.), — τίς ἄν προκατάγει χεῖρα τὴν βαρύφθονον 3827 v (tit. Cotyaei), — τίς ἄν δὲ τούτῳ τῷ μνημείῳ κακὸν προσποιήσει 3882 i (tit. Phryg.). —

Saepius in eodem enuntiato ὅς et εἴτις iunguntur, cum idem valeant.

Inprimis autem observanda est forma εἴτις δ᾿ ἄν sequente coni. praes. et aor., velut: ποίει δὲ θέλει καὶ εἴτι δ᾿ ἄν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου ἀρεστὸν ἦ A. M. 22, 6 sq. καὶ εἴτι δ᾿ ἄν αἰτήσωμαί σοι διὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων A. M. 38. 56. νῦν αἰτήσαι με εἴτι δ᾿ ἄν βούλη A. M. 42, 38. — καὶ εἴτις δ᾿ ἄν τὸ μαρτύριόν μου γράψῃ ἐκ τῶν κόπων αὐτοῦ A. M. 43, 17, cf. C. I. G. 3902 f (tit. Eumen.): εἴτις δ᾿ ἄν ἕτερος ἐπιτελένη τινά et εἴτις δ᾿ ἄν ἐπενκαλέσῃ Journ. of hell. stud. 4. 380 (tit. Dionysiop. saec. III.). Atque in hac quidem forma ἄν dissolutum est in εἰ et ἄν, intercedente δὲ coniunctione, quae per crasim cum sequente ἄν contrahitur. Quod primus observavit Herm. Usenerus in Fleckeiseni ann. anni 1878 p. 66 sq. Idem hanc formam craseos iam apud Sophoclem El. 314 statuendam esse docet. Plerumque

autem ut in exemplis supra citatis haec forma invenitur post relativa et adverbia relativa inprimis in Graecitate cadentis aetatis. Exempla protulerunt Bastius in ep. critica p. 219 (nota 91) et Usenerus loco supra laudato.

Pronomen ἄλλος praefixo articulo saepius adhibetur, ubi norma communis Graecitatis postulat ὁ ἕτερος, velut: καὶ αἴφνης πάλιν ἀπὸ τῆς ἄλλης γωνίας τῆς φυλακῆς δαίμων μέγας πεπτωκὼς ἐπὶ τὰ γόνατα τῆς ἁγίας Μαρίνης A. M. 27, 17 sq. — καὶ νῦν τὸν ἄλλον δῆσεις ib. 31, 39. — ἐλέησον σεαυτὴν, ἵνα μὴ ὡς ἡ ἄλλη κακὸν τέλος τοῦ βίου ἔδωκεν, οὕτως καὶ σύ A. Chr. 67, 7 sq. — normae autem congruenter dictum est A. Chr. 71, 11.

Pro eodem pronomine ἕτερος etiam εἰς usurpatur: μία δὲ ἐξ αὐτῶν A. Chr. 66, 2. — καὶ τρυπηθῆναι τὸ ἐν μέρος τοῦ λίθου A. Chr. 73, 5. —

Ratio reciproca exprimitur per εἰς dupliciter positum, ut: ἐκρύβοντο μία πρὸς τὴν μίαν πρὸς τὸν τοίχον A. Chr. 65, 22. — καὶ ἐποίησε δύο λίθους περιτεθῆναι αὐτῇ ἓνα ἀφ' ἑνός A. Chr. 66, 2; qui usus iam apud Platonem non paucis locis invenitur; cf. Astii lex. Plat. I, 638 sq.

III. De numero et genere nominum.

Dualis numeri nullum exemplum exstat.

Sunt quaedam nomina quae singulas quidem res, e compluribus tamen partibus compositas significant ideoque pluraliter proferuntur, velut: οἱ αἰῶνες, ut in formula εἰς τοὺς αἰῶνας cet.; singulariter dicitur de aeterno tempore. Similiter οὐρανὸς singulariter et pluraliter dicitur.

Singulariter dictum significat regionem, ut in: ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανόν, pluraliter autem plerumque habitationes dei et angelorum. Similiter atque αἱ ἡμέραι dicitur οἱ καιροί, ut in ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις A. M. 16, 18. De tota parte dextera vel sinistra corporis humani dicitur: ἐκ δεξιῶν A. M. 23, 20. ἐξ ἀριστερῶν A. M. 45, 36. Similiter

de auditu vel potius de duabus auribus: αἰ ἀκοαί A. M. 18, 21 (cf. ἐκ τῶν παντοδυνάμων κόλπων τοῦ πατρὸς ἀποσταλείς A. M. 20, 6. — τὰ ἐνδόχεια A. M. 27, 10). De copia materiae: πολλὰ αἵματα A. M. 16, 34. — αἰ σάρκες A. M. 34, 28. — ἐσθίων τὰς ἑαυτοῦ σάρκας A. Chr. 74, 4. — ἀπὸ τοῦ χόδς τῶν ὑδάτων A. M. 20, 3.

Postremo adiciendum est participium et verbum finitum ad sententiam non ad genus grammaticum referri in: καὶ οἱ δώδεκα ἄγγελοι ἐβάσταζον τὴν κεφαλὴν τῆς Μαρίνης ἔμπροσθεν τοῦ κυρίου ὑμνούντων τῶν δυνάμεων καὶ λεγόντων A. M. 46, 5 sqq. (cf. Wineri gr. § 27, 3).

IV. De usu nominativi et vocativi.

Consuetudini Graecorum convenienter frequentissime nominativus adscito articulo muneribus vocativi fungitur praecipue in precibus, ut ὁ θεὸς ὁ τάξας δίκην ἀνεκλάλητον A. M. 24, 3. — ὁ πάσης ἀγαθότητος δωτὴρ καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν σωτὴρ, βοήθησόν μοι A. Chr. 68, 3 s. — ὁ θεὸς τῶν θεῶν βοήθησον ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ A. Chr. 71, 28 sq. — cf. A. Chr. 67, 31, 68, 9. Rarius pro vocativo nominativus nominis usurpatur, adiectiva autem, quae accedunt huic nomini, vocativo proferuntur: ἀναίεθητε καὶ ἄνομε πατὴρ τῆς Γεέννης A. M. 30, 20 sq. — εἰπέ μοι, σὺ κύων ἄτιμε καὶ τρικατάρατε A. M. 34, 24; qui usus sane ad sermonem vulgarem pertinet nec communi Graecitati attribui potest. Similiter contra usum communem nominativus omisso articulo pro vocativo positus est in: ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, δράκων A. M. 30, 19. —

Plerumque autem communi Graecitati convenienter in appellationibus vocativus adhibetur omissa ὦ interiectione; interiectio ὦ in exclamationibus tantummodo locum habuisse videtur.

V. De quibusdam casibus absolute adhibitibus.

In actis s. inveniuntur quibusdam locis nominativi absolute positi, ubi ratio genitivum postulat: θεασάμενος αὐτῆς τὸ κάλλος ὀλιγοψύχησεν αὐτοῦ ἡ καρδία, καὶ εἶπεν αὐτῇ A. M. 19, 17 sq. — αἱ δὲ χεῖρες αὐτῆς ποιήσασαι τὸ σημεῖον τοῦ ἁγίου Χριστοῦ, προπορευσάμενος ἔμπροσθεν τῆς κόρης οὕτως διέρρηξεν τὰ ἐνδόχεια αὐτοῦ A. M. 27, 8 sqq. — καὶ ἔλθων ὁ κύριος ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἰπτάμενος μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων αὐτοῦ κύκλῳ τοῦ λειψάνου τῆς ἁγίας κόρης, κατῆλθον δώδεκα ἄγγελοι ἐπὶ τὸ λείψανον καὶ λαβόντες τὴν κεφαλὴν τῆς μάρτυρος ἀπήγαγον πρὸς τὸν κύριον A. M. 45, 36 sqq. — καὶ νεύσας ὁ κύριος ταῖς νεφέλαις, ἔκλιναν ἀπὸ τοῦ ὕψους τῶν ὀρέων, καὶ οἱ ἄγγελοι μετὰ φωνῆς ἔψαλλον A. M. 45, 3 sq. — καὶ ταῦτα λέγουσα ἦλθον οἱ στρατιῶται ζητοῦντες αὐτόν A. Chr. 60, 12. — καὶ ταῦτα εἰπούσα λέγουσιν αὐτῷ A. Chr. 66, 4. — ἵνα πᾶς ἄνθρωπος ὁ ἔχων βραχὺ τι λείψανόν μου, δύναμις ἔσται σὺν αὐτῷ, ὥστε φανερώς διώκειν δαίμονας A. Chr. 74, 8 sqq. —

Similiter genitivus absolutus usurpatus est, ubi communis usus nominativum postulat: καὶ ἐμβάντων αὐτῶν εἰς τὸ πύρ ἐξέβαλον τὸν ἀθλητὴν τοῦ Χριστοῦ A. Chr. 71, 29 sq.

VI. De usu accusativi.

Ex copia verborum eorum quae animi affectum significant et accusativum recipiunt, profero haec: ἐλεεῖν A. M. 19, 9, 21, 21, 22, 15, 26, 6, 23, 29, 33, 39, 19. A. Chr. 67, 7; qui usus cum communi Graecitate consentit (cf. Wineri gr. § 32, 1). — Item consentit sermo vulgaris cum communi usu in adhibendis verbis ἀδικεῖν, βλάπτειν, εὐλαβεῖσθαι, φεύγειν, φοβεῖσθαι. Sed verbum ἁμαρτάνειν dativum recipit: πάντα ὅσα ἡμαρτόν μοι A. M. 44, 9; similiter LXX: 1 Sam. 14, 33. 1 Reg. 8, 31. 33. Iud. 10, 10; (cf. Winerum § 33 sub fin.). — Ὁρκίζειν adsumit κατὰ

praepositionem sequente genet.: καὶ ὀρκίζω σε κατὰ τοῦ ἰσχυροῦ καὶ ἐνδόξου θρόνου A. M. 36, 26. — Particula μὰ iungitur secundum normam accusativo: μὰ τὴν σπηρίαν τῶν Χριστιανῶν A. M. 37, 16.

Figurae quae dicitur etymologicae exempla habemus haec: θύω θυσίαν αἰνέσεως A. M. 20, 25 sq. 38, 42. — πλεύσας ὑπὲρ Μαλέαν εἰς Ἰταλίαν πλοῦς ἑβδομήκοντα δύο. C. I. G. 3920 (tit. Hierapol.). — γνῶναι τὴν γνῶσιν ταύτην A. Chr. 69, 15. — πάντα τὸν θρησκεύοντα τὴν εὐσεβῆ τοῦ θεοῦ θρησκείαν A. Chr. 56, 5 sq. — τὸ αἴτημα ὃ αἰτῶ σε A. Chr. 74, 6 sq. —

Accus. obiecti interioris et exterioris exstat exemplis hisce: τὴν ἑαυτοῦ εὐεργέτιν κατὰ διαθήκην αὐτῆς ἐτείμησεν ἐστῆλην Pap. 3. 330 (tit. Anaburensis); similiter ommissa tamen voce στήλην: ὁμοίως ἀνέστησεν καὶ Νερσιῶν καὶ Βάνβα θυγατέρα 4009 b (tit. Iconii). — Τερμιλάς Ἀττάλου Μᾶν Μεννέου β' Σόλωνος τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ Ἀπολλώνιον τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ Μαμᾶν τὴν γυναικαδέλφην καὶ Ὠλλᾶν Ῥόδωνος τὴν πενθερὰν καὶ Μεν[νέαν] β' Σόλωνος [τὸν] πενθερὸν ἀνέστησε Amer. Journ. of archaeol. 4. 265 (5) (tit. Cormasensis). cf. etiam 265 (6) ib.

Secundum communem usum accusativum personae una cum accusativo rei recipiunt verba: ἐνδύειν, ἀποδύειν; — αἰτεῖσθαι.

Duplicem accusativum personae et nominis praedicati loco positi habent ποιεῖν, καθιστάναί, καλεῖν; praeterea insolentius κτάσθαι A. M. 17, 15 sq.

Communi usui non repugnat, quod ea verba, quae in activo genetivum vel dativum personae postulant, cum passivè pronuntiantur, cum nominativo personae construuntur, velut: νῦν δὲ ἐπιγνοῦς αὐτὸν τυραννοῦμαι A. Chr. 61, 6. — καὶ παρὰ τῶν τὰ γράμματα διὰ χειρὸς πεπιστευμένων A. M. 16, 18. — ἐγὼ Χριστιανός εἰμι καὶ οὐ προστέταμαι θῦειν ματαῖος A. Chr. 58, 4 sq. —

Contra usum communem verba nocendi vel iniuriam inferendi cum dativo construuntur, velut: ὅς ἂν τούτῳ

τῷ μνήματι κακῶς ποιήσει, οἶκῳ, βίῳ, τῷ σώματι αὐτοῦ (scilicet κακῶς ποιήσει) C. I. G. 3984, 6—11 (in tit. Philomeliensi). — ὅς ἂν δὲ κακῶς τῷ ἀνδριάντῃ [ποιήσει] 4000, 16 (in tit. Iconii). [ὅς]τις ἂν τῷ ἡρώῳ τούτῳ κακῶς ποιήσει 3882 b (tit. Phryg.). — καὶ μὴ κακόν τι ποιήσης μοι A. M. 29, 3. — καὶ οὐ δύναμαί σοί τι ποιῆσαι A. Chr. 58, 8. —

Accusativi qui dicitur Graeci exemplum nullum in actis s. exstat. Pro illo omnibus locis dativus positus est. Accusativus adverbii loco adhibitus est: ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ὃν τρόπον κυνός, οὕτως ἐστίν A. Chr. 58, 16. — σιῶπησον μικρόν A. M. 29, 19. — μικρόν ὑπομείνωμεν A. Chr. 72, 12 sq.

Accus. temporis adhibetur convenienter normae communis Graecitatis: ὅστις ἔζησεν ἔτη ῥ C. I. G. 3860, 7 sq. (tit. Phryg.).

VII. De usu dativi.

Usui communi convenienter dativus pendet e verbis quae significant

- 1) similem fieri vel esse: ἐξομοιοῦσθαι A. M. 17, 9.
- 2) occurrere vel obviam ire: ἀπαντᾶν A. Chr. 70, 22.
- 3) venerari et adorare: εὐχεσθαι A. M. 41, 10. — λατρεύειν. A. M. 37, 18. — προσκυνεῖν ex consuetudine cadentis Graecitatis dativo iungitur A. Chr. 67, 1. 20; vetus Graecia accusativum postulabat, cf. Lobeckii Phryn. p. 463.

Verbum autem ἐγγίζειν aut genetivum aut ἐν praepositionem recipit: καὶ ἐγγίσει τοῦ καταπεσεῖν ἀπὸ τοῦ θρόνου αὐτοῦ A. Chr. 63, 11. — ἐγγιγάντων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ πόλει ib. 63, 4. — ἀπειθεῖν genetivum trahit, cf. Amer. Journ. of archaeol. III. 345 (1) (tit. Laodic.). —

κελεύω secundum usum cadentis Graecitatis plerumque dativum personae habet ut A. M. 24, 7. 34, 25 sq. A. Chr. 75, 1. duobus locis accusativus exstat A. Chr. 67, 13 sq.

et 17. De universo hoc usu apud scriptores cadentis Graecitatis cf. Vita Theodos. p. 184.

Perinde atque apud scriptores N. T. dativum recipiunt verba ἔξομολογεῖσθαι et μαρτυρεῖν. (cf. Wineri gr. § 31, 1.)

Praeterea dativus pendet e verbis impersonalibus, velut πρέπει A. M. 37, 15. — ἔστι addito adverbio, velut: καλῶς σοι ἔσται A. M. 19, 21. — μή σοι καλῶς (sc. ἔστω) — ἵνα ἐγὼ λίθοις θύσω A. Chr. 64, 18. —

Similiter dicitur ἔστι τινὶ πρὸς τινα, velut: ἔσται αὐτῷ πρὸς τὸν Ζῶντα θεόν C. J. G. 3902 r (tit. Eumen.). — ἔσται αὐτῷ πρὸς τὸ μέγα ὄνομα τοῦ θεοῦ 3902 (tit. Eumen.). — ἔσται αὐτῷ πρὸς τὴν χεῖρα τοῦ θεοῦ 3963 (tit. Arameae Ciboti). — πονεῖ: πάνυ οὖν πονεῖ ἡμῖν διὰ σέ A. M. 21, 34; quae structura haud scio an Phrygiae Graecitatis propria sit. Similiter Romani dicebant 'dolet mihi', unde illa structura adscita esse videtur.

Verbum πολεμεῖν aut accusativum aut praepositionem κατὰ recipit, ut τὸν ἐχθρόν μου τὸν πολεμοῦντά με A. M. 24, 8. — ἀπερχόμεθα πολεμοῦντες κατ' αὐτοῦ A. M. 35, 9 (accus. etiam Dinarchum 1, 36 frequentius autem cadentis Graecitatis scriptores adhibuisse notat Kuehnerus gr. Gr. p. 357). —

Adiectivum ὁμοιος secundum usum communem et dativum et genitivum admittit; dativum habes: A. M. 25, 26. 46, 8. — genet.: A. Chr. 64, 19. 71, 13.

Etiam substantiva, ex eadem radice profecta, qua verba quae dativo iunguntur, illum casum adsumunt, velut: οἱ θεοὶ ἐν ὀργῇ μοί εἰσιν A. Chr. 67, 28. — θυσία τοῖς θεοῖς A. Chr. 72, 7. — καὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστεύουσι μισθαποδότης γίνεται A. Chr. 57, 1 sq. (cf. Wineri gr. § 31, 6 not. 2). —

Pro accusativo Graeco, qui in actis s. nusquam adhibetur, frequentissime dativus relationis usurpatur ple- rumque praeposito articulo, velut: κόρην εὐμορφοτάτην

οὐσαν τῷ προσώπῳ A. M. 17, 12 sq. — ώραία ἐστὶ τῷ κάλλει ib. 17, 16. — ποικίλος τῇ χρῶσιν ib. 25, 24. — ἐφθαρμένη ὄλῳ τῷ σώματι ib. 32, 28. — πιστὸς τῷ φρονήματι A. Chr. 57, 4. — ἀνὴρ φοβερός τῷ εἶδει ib. 58, 15. — ἀνδρα ὑψηλὸν τῷ εἶδει καὶ ώραϊον τῷ κάλλει ib. 71, 9. — ὀνόματι Αἰδεσίου A. M. 16, 22. — ἀνὴρ δέ τις ὀνόματι Βαχθιοῦς A. Chr. 58, 5. — μία δὲ ἐξ αὐτῶν ὀνόματι Ἀκυλίνα ib. 66, 2. — Ex titulis profero: Ἀπολλώνιον Σιμωνίδου Ἀπολλωνίου Θόαντος φύσει Θόαντος 4363, 6 (in t. Termessi Pisid.).

Dativus pro ὑπό τινος passivo subiungitur A. Chr. 62, 5. —

Dativi instrumenti exempla profero haec: ἵνα στηριχθῶ τῇ δυνάμει σου A. M. 18, 25. cf. 28, 10. — ἐκέλευσε λάμναις αἰδηραῖς καθηλωθῆναι αὐτὴν καὶ ξέεσθαι κρεάγραϊς αἰδηραῖς ib. 22, 9 sq. — σφραγίσασα ἑαυτὴν ὅλην τῷ σήμερι τοῦ σταυροῦ ib. 29, 4. — τύπτουσα τῇ σφύρᾳ ib. 31, 13. cf. 33, 36. — ἀτενίσασα τοῖς ὀφθαλμοῖς εἰς τὸν οὐρανόν ib. 37, 21 sq. — σκεπάσῃς με τῷ πνεύματι σου ib. 38, 46 sq. — ξίφει ἀναρεθῆναι ib. 40, 30. — ἵνα ... καὶ φωτίσῃ ἡμᾶς τῷ φωτὶ αὐτοῦ ib. 41, 13 sq. — εἶπεν ... γλυκεῖα τῇ φωνῇ ib. 44, 4. — μύροις ἔχρισεν A. Chr. 65, 15. — ἔδησεν αὐτὸν ἀλύσει πεπυρωμέναις ib. 71, 20. — κεφαλικῇ τιμωρίᾳ κολασθήσεται ib. 73, 25. — καὶ λύσαντες ὕδατι ἐπότισαν αὐτόν ib. 76, 4. — ἀρα μὴ ὑπνῷ κατέχονται; A. Chr. 67, 30. — τὸν ἀνθρωπον τοῦ θεοῦ πικρῷ θανάτῳ ἀνεῖλον A. Chr. 75, 22. — ἐτελεύτησεν ... εἰδίῳ θανάτῳ Journ. of hell. stud. VIII. 266 (57) (tit. Pisidiae). —

Ex numero dativorum causae exempla profero haec: συνδεδεμένος στοργῇ πρὸς τὴν ἀθλησιν τῆς ἀγίας A. M. 15, 14. — ἐκεῖνο δι' οὗ ἐμίανθησαν τῇ ἀμαρτίᾳ ib. 33, 20. — τῇ τούτων φιλίᾳ ἀγόμενος A. Chr. 65, 12. —

Dativi temporis exempla habemus haec: καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐλύθη τὰ δεσμὰ τῆς δόσιας A. M. 39, 6 sq. — τῇ ἐξῆς ib. 19, 15. — μηνὶ ἰουλίῳ ἑπτακαδεκάτῃ A. M. 46, 22 sq. — ἐνάτῃ τοῦ μηνὸς ἰουλίου ἡμέρᾳ κυριακῇ A. Chr. 72, 29 sq. — ἐτελειώθη δὲ μηνὶ μαΐῳ ἐνάτῃ ib. 75, 5. —

VIII. De usu genetivi.

Ex genetivis possessivis profero hos: ἡ κορὸς Ἀλφίου τοῦ Ἀρτεμιδώρου καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ C. J. G. 3913, 1 sq. (in tit. Hierapol.). — Eodem referendae esse videntur structurae haec: ὑμεῖς τὰς ὑμετέρας ψυχὰς τοῦ Σατανᾶ πεποιήκατε A. Chr. 58, 2 sq. — ἀνέστηκα τοῦ ἐμοῦ τέκνου Βιάνορος μνήμης χάριν Mitt. 13. 256 (71) (tit. Laodiceus). cf. C. J. G. 3989 i (tit. Phryg.). —

Genetivī obiectivī exempla ponamus haec: ἀνενεχθεῖς . . . εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας A. M. 15, 8. — δίδωμι αὐτῆς τὸ τίμημα ib. 17, 15. — τὸν κτίστην τῶν ἀπάντων θεόν A. M. 19, 5. cf. 22, 3. — τὸ μνημόσυόν σου ib. 21, 34. — ὦ πάντων τῶν κακῶν ἐνθυμηταί ib. 22, 36 sq. — κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν ib. 24, 10 sq. — ἡ σωτηρία ἡμῶν A. Chr. 66, 18 sq. —

Genetivus partitivus in universum raro usurpatur; plerumque ratio partitiva per ἕξ exprimitur, velut: τινὲς δὲ ἕξ αὐτῶν A. M. 21, 31. — καὶ ἔδραμον ἐκ τοῦ τραχήλου αὐτοῦ ἐκ τῶν ὄψεων ἐκείνων A. M. 26, 2 sq. — ἐκ τῶν παγίδων μου ἑπτὰ συνέτριψας A. M. 32, 21. — ἐπίστευσα ἐκ τοῦ δήμου χιλιάδες δεκαπέντε ἀνδρῶν ib. 40, 28. — τοῖς ἕξ ἔθνων πιστεύουσι A. Chr. 57, 1. — μία δὲ ἕξ αὐτῶν A. Chr. 66, 2. —

Genetivī qualitatis usus in sermone vulgari latius patet quam in optima Graecitate; neque enim solum cum numeralibus, sed etiam perinde atque apud Romanos cum adiectivis coniungitur; cum numerali: μετὰ τὸ γενέσθαι οὖν αὐτὴν ἑτῶν δεκαπέντε A. M. 16, 32. — cum adiectivis coniunctus: γένους ὄντα ἀρχιερατικοῦ C. J. G. 4363, 11 (in tit. Termessi). — cū ποίου γένους ὀρμάσαι; A. M. 18, 37. — ποίου γένους ὑπάρχεις; A. Chr. 64, 3 sq. atque haec quidem exempla congruunt cum usu Atticorum; minus convenienter communi usui sunt haec adhibita: δημαρχικῆς ἔξουσίας τὸ κ. 3834, 5 (in tit. Aezanor. a. 157). — θέλεις μαθεῖν ποίας θρησκείας εἰμι; A. Chr. 64, 5. —

Secundum communem usum genetivum recipit verbum γεύεσθαι A. Chr. 56, 6. at verbum ἐσθίειν quamvis pars tantummodo consumpta intellegatur, accusativum: A. Chr. 62, 4: φάγεσθε ἀγαθά. Verbum ἄρχειν secundum normam iungitur genetivo: A. M. 34, 1 sq. —

Καταφρονεῖν et καταγελᾶν verba interdum contra praecepta grammaticae struuntur; namque καταφρονεῖν praeter genetivum etiam dativum recipit, ut: παραγγέλλω μηδένα καταφρονεῖν τῷ Λαιμηνηῷ Journ. of hell. stud. X 217 (tit. Phryg.). — μηδε[ic] καταφρονεῖ τῷ θεῷ ib. III 220 (5) (tit. Motellenensis). cf. etiam III 221. —

καταγελᾶν trahit accusativum: μηδὲ καταγελασάτωσάν με οἱ ἐχθροί μου A. M. 21, 19. —

Verba reminiscendi secundum communem usum genetivum recipiunt, ut A. M. 40, 39. 42, 10. 42, 11. A. Chr. 74, 24 sq. — μνησθῆναι semel praepositionem ὑπὲρ adsumit: ὅτι ἐμνήσθης ὑπὲρ ἀσεβῶν καὶ ἁμαρτωλῶν A. M. 45, 23 sq. (prisea Graecitas praepositionem περὶ adsciverat).

At verba obliviscendi accusativum trahunt, ut: ἵνα ἐπιλάθῃται ὁ θεὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν A. Chr. 66, 5 sq. — ἐληθάργησε τὴν εὐχήν A. M. 25, 36. (verbum ἐπιλανθάνεσθαι etiam ab Atticis cum accusativo interdum construitur).

Communi usui convenienter verba curandi cum genetivo construuntur, velut: τούτων φροντίζουσιν 3921, 7 (in tit. Hierapol.). — προνοήσουσιν δὲ τοῦ μνημίου οἱ ἀπελεύθεροί μου 3922, 8 (in tit. Hierapol.). — Verbum μεριμνᾶν in actis s. praepositionem περὶ adsumit: ἐμερίμνησας περὶ τούτου A. Chr. 74, 22. —

A norma non recedunt verba tangendi et temptandi, ut: A. M. 39, 8 sq. 40, 40. A. Chr. 57, 15. 66, 13. 76, 2. (ἄπτομαι), — λαμβάνομαι A. M. 40, 35. ἐπιλαμβ. A. Chr. 71, 4 sq. — δράττομαι A. M. 29, 4 sq. — activum λαμβάνειν hac significatione uno loco exstat, ubi accusativo iungitur: ἵνα λάβω σου τὴν κεφαλὴν A. M. 45, 31. —

Κρατεῖν autem notione corripiendi accusativum adsumit, velut: κρατήσας αὐτὴν A. M. 26, 17. cf. 29, 18. 31, 3.

A. Chr. 68, 10. 13. 71, 19 sq. (Similiter N. T. cf. Wineri gr. § 30, 5 sub fin.).

De verbis audiendi observanda sunt haec: ἀκούειν plerumque accusativum rei adsumit ut: ἀκούουσα τὴν ἄθλησιν τῶν ἀγίων μαρτύρων A. M. 16, 33. — καὶ μετὰ τὸ ἀκοῦσαι τὴν φωνήν A. M. 40, 27. — ὡς δὲ ἤκουσαν τὰ ῥήματα τῆς γυναικός A. Chr. 60, 13. — ἀκούσας δὲ τὴν κραυγὴν ταύτην A. Chr. 72, 3. — οἱ δὲ ἀκούσαντες τὸν λόγον τοῦ ἀγίου A. Chr. 72, 23. — τοῦτο ἀκούσας A. Chr. 74, 26. — τοῦτο ἀκούσασα A. M. 32, 14. — ταῦτα ἀκούσας A. M. 18, 34. 37, 19. A. Chr. 70, 10. — ἀκούσας δὲ ταῦτα A. Chr. 72, 17.

Raro genitivus rei adhibetur, ut: ἀκούσασα δὲ τῆς φωνῆς ταύτης A. M. 31, 1. — εἴαν δὲ . . . ἀκούσῃ τοῦ μαρτυρίου μου ib. 43, 23. — Personam vero nonnisi genitivo casu adsumit: A. Chr. 64, 10. 67, 29. 75, 24.

Composita autem εἰσακούω, ἐπακούω, κατακούω, ὑπακούω genitivum tantummodo tam rei quam personae admittunt, ut: εἰσακούσατέ μου A. Chr. 67, 31. — εἰσακούσατέ μου τῆς φωνῆς ib. 62, 3 sq. — ἐπάκουσον τῆς δούλης σου A. M. 42, 34. — ὁ ἐπακούσας αὐτῶν ib. 44, 36. cf. A. Chr. 59, 17. 62, 10. — ὅπως ἐπακούσωμαι τῶν διὰ σοῦ με παρακαλούντων A. M. 42, 37. — μετὰ τὸ ἐπακοῦσαι τῶν γραφῶν μου A. M. 44, 34 sq. — ἐπάκουσον τῆς ταπεινώσεώς μου A. Chr. 57, 10. — τῆς ἀθλήσεώς μου κατακοῦσαι A. M. 42, 3. — μήποτε ὑπήκουσεν ὁ θεὸς τῶν Χριστιανῶν τῆς δεήσεως αὐτῶν A. Chr. 59, 4 sq. —

Verbum αἰσθάνεσθαι secundum usum communem et genitivum et accusativum rei recipit, velut: ἡ δὲ ἀγία ὄλωσ οὐκ ἠσθάνετο τῶν βασάνων A. M. 21, 16. — καὶ ὅπου ἂν αἰσθώμεθα ἢ ἀκούσωμεν ἔργον δικαίων A. M. 35, 8 sq. —

E verbis cum praepositione κατὰ compositis, quae significant accusare et condemnare, κατηγορεῖν construitur cum genitivo personae communi usui convenienter, ut: ἵνα μή τις ἰδῶν κατηγορήσῃ ὑμῶν A. Chr. 63, 6 sq. —

καταδικάζειν autem accusativum personae admittit,

velut: καταδικάσκων αὐτόν A. M. 24, 9. — passive: ὁ ἐπακούσας αὐτῶν μὴ καταδικασθήσεται ib. 44, 36 sq. (hoc casu etiam Synesium usum esse indicat Passowius). —

Verba, quae originem significant, construuntur omnibus locis cum praepositionibus ἀπὸ et ἐξ, ut: ὅτι ἀπὸ τῶν πονηρῶν γυναικῶν τῶν ἀρχαίων γεγενήμεθα A. M. 35, 21. — ἡ γὰρ σωματικὴ μου εἰκὼν ἀπὸ χοδὸς τῶν ὑδάτων ἐστίν, τὸ δὲ πνεῦμά μου ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστίν ib. 20, 3. —

Verba quae significant remove, recedere, liberare, parere cet. convenienter communi usui et solum genitivum et praepositiones ἀπὸ et ἐξ adsumunt, velut: μὴ ἀποστήσῃς ἀπ' ἐμοῦ τὸ ἔλεός σου A. M. 37, 23 sq. — μὴ ἀποστήσῃς ἀπ' ἐμοῦ ib. 24, 14. — ἀπέστητε τῶν θεῶν A. Chr. 66, 20 sq. — ἀναχωρήσας τοῦ σκεπέτου ib. 72, 4. — ἀναχωρήσον ἀπ' ἐμοῦ A. M. 30, 20. — συνεχώρησα τόπου τοῖς συνεπιγεγραμμένοις Bull. 2. 610 (29) (tit. Cibyrae a. 145). — ἐλευθερωθήσῃ ἐκ τῆς ὀργῆς τοῦ θυμοῦ μου A. M. 20, 35. — ἐλευθέρωσον αὐτόν ἀπὸ πάσης θλίψεως A. M. 42, 9. 43, 23 sq. cf. A. M. 43, 29 sq. 45, 21. — ἀπόλυσον με ἀπὸ συνεδρίου ματαιότητος τῶν ἀσεβῶν A. M. 21, 21. — ἀπόλυσον τῶν ἀμαρτιῶν αὐτοῦ A. M. 43, 24. — ἀπαλλαγέσεται τῶν παραπτωμάτων A. M. 43, 26. — καὶ ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ Σατανᾶ A. Chr. 61, 12 sq. — ῥύσασθαί σε ἀπὸ βασάνου πικρᾶς καὶ φοβερᾶς A. Chr. 75, 26 sq. — οὐκ ἐφείσατο τοῦ ἰδίου σώματος A. M. 20, 7. 9. cf. 29, 2. 32, 15. A. Chr. 67, 8.

Verba implendi usui communis Graecitatis congruenter recipiunt genitivum, velut: πλησθεὶς θυμοῦ A. M. 22, 9. — ἐμπλησόν με τῆς σοφίας σου A. M. 22, 15. cf. A. Chr. 58, 2. A. M. 38, 37. Item adiectivum μεστός A. Chr. 70, 21. —

Item verba privandi construuntur cum genet. ut A. Chr. 75, 25. Sic etiam χῆρος C. J. G. 3827 hh (tit. Cotyaei.). Item δέομαι usquequaque.

Verba redimendi adsumunt praepositionem ἐξ: ἐλευθέρουσι πειρασκομένους ἐξηγοράσαμεν ἐκ τοῦ αὐτοῦ χρυσίου.

A. Chr. 66, 10 sq. (optima Graecitas adhibuit solum genitivum; praepositio ἐξ etiam in N. T. adhibita est, cf. Wineri gr. § 30, 7 not.). —

Genetivus temporis non solum adhibetur ubi quaeritur quo tempore quid factum sit, velut A. Chr. 56, 1; sed etiam ubi quaeritur quamdiu, velut: δις δύο ἐτῶν ἐνθάδε κείμει C. J. G. 3846 i. (tit. Aezan.). — ἀμφιβήτη-
-ς ... τριβομένη πολλῶν ἐτῶν 3835, 2 sq. (in t. Aezan.), qui usus non recedit a communis Graecitatis consuetudine, cf. Kuehneri gr. II p. 324.

De positione observandum est, licet nullum pondus adsit, tamen genitivum permultis locis antecedere nomini ei, unde pendet, ut: A. M. 19, 17. 18. 23. 25, 35. 28, 14. 29, 12. 32, 31. 33, 39. 33, 4. 15. 34, 27. 35, 10. 38, 41. 41, 10. 42, 33. 38. 44, 9 sq. 46, 23. A. Chr. 67, 4. 11. —

Etiam vitiosae syntaxeos exempla observantur, qualia: cὺν τοῖς υείοις μου Δείου καὶ Χρυσάνθου καὶ Φίρμου καὶ Νόννης τῆς θοιγατρὸς C. J. G. 3989 b. (tit. Phryg.) et: ἀνε-
-τῆσαμεν τῶν γλυκυτάτων ἡμῶν γονέων Ἑρμῆ πρε. κὲ Ἀ-
-σιατικῆ Mitt. 13. 251 (54) (tit. Laod.). Haud seio an veri-
-simile sit id quod me monuit F. Solmsenus V. D., illam
-formationem explicandam esse inde, quod in pristina
-Phrygum lingua dativus sing. II. decl. in ου ceciderit
-velut copou Kuhnii 'Zeitschr.' t. 28, p. 396, XXI. Quam-
-quam qui fieri potuit, ut etiam in femininis vocibus primi
-ordinis et in gen. sing. et plur. tertiae declinationis, ubi
-terminationes alius formationis sunt, illa confusio oreretur?
-Nihil relinquitur, nisi ut statuamus ex singulari alterius
-declinationis per analogiam illum usum etiam in sg. I.
-et III. declin. translatum esse, deinde etiam pluralem
-occupasse. Alia exempla invenies C. J. G. 3989 d. 3990 f
-(tit. Laod.). Mitt. 13. 251 (53). 260 (82). 260 (83). 261 (85)
-(tit. Laodiceeni.). —

IX. De quibusdam verbis, quae praepositionibus iunguntur.

Verbum πιστεύω praeter solum dativum etiam praepositionem εἰς adsumit; dativum habes: A. Chr. 66, 12. 24. 71, 27; cum εἰς construitur: A. M. 16, 20. 19, 5. 22, 2 sq. 40, 28. A. Chr. 62, 15. 65, 28; (quae structura etiam in N. T. usitata est.)

ἐλπίζειν non nisi cum praepositione ἐπὶ sequente dativo et accus. construitur; ἐπὶ c. dat. adhibetur: A. M. 21, 17. ἐπὶ c. accus. usurpatur: A. Chr. 70, 20.

Verbum χαλεπαίνειν construitur cum ἐπὶ c. accus. et κατὰ c. genet.: ἐχαλέπαινε ἐπ' αὐτὴν ὁ δράκων A. M. 26, 16. — πάνυ ἔχει χαλεπᾶναι κατὰ σοῦ A. M. 35, 12. (communis usus hanc structuram nusquam exhibet).

Secundum consuetudinem Graecorum verba ἀγαλλιά-
-ομαι, εὐφραίνομαι, μακροθυμέω, εὐωχέομαι, τέρπομαι, χαίρω
-adsumunt praepositionem ἐπὶ c. dativo, velut: A. M. 27,
-24. 28, 6 sq. 40, 3. 46, 19. A. Chr. 60, 2.

πέποιθα construitur cum ἐπὶ sequente accus: τοῖς
-πεποιθόσιν ἐφ' ὑμᾶς A. Chr. 68, 10 (de hoc usu etiam in
-N. T. adhibito cf. Wineri gr. § 33.). —

X. De usu adiectivorum.

Secundum consuetudinem Graecorum adiectivum neu-
-trale numero singulari adhibetur pro substantivo abstracto,
-ut: ὅτι ἐλεῶ τὸ νέον τῆς ἡλικίας σοῦ A. M. 19, 19. — τὸ
-ἀπαλὸν τοῦ σώματός μου ib. 22, 2. — τὸ δυσεργές καὶ δυ-
-εὔρετον τοῦ πράγματος C. J. G. 3835, 6 (in tit. Aezanorum).

Nonnumquam pro adiectivo substantivum abstractum
-adhibetur ita, ut nomen ab illo pendeat genetivo casu,
-velut: ἀνενεχθεῖς ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς ἀγνοίας A. M. 15, 7 sq.
-— λύτρωσαί με ἀπὸ συνεδρίου ματαιότητος τῶν ἀεβῶν
-A. M. 21, 21 sq. — καὶ ἐλθέτω ἐπ' ἐμὲ τοῦ ἀγίου σου πνεύ-
-ματος ἡ ἡδύτης καὶ ἡ χρηστότης A. M. 26, 14 sq. cf. 32,
-32. — ἐπιβλέψας ἐπὶ τὴν ταπεινῶσίν μου A. M. 28, 26. —

Ad usum linguarum Semiticarum nescio an referenda sit forma καὶ ἄλλον ἐθεώρουν μελανὸν ἐν μελανία πολλῇ A. Chr. 71, 11 sq. —

XI. De usu comparativi et superlativi.

Praepositio παρὰ ita adhibetur, ut omissa voce quae gradum indicat, comparativi vice fungatur, velut: κλαυθαί με δεῖ παρὰ πάντα ἄνθρωπον i. e. μάλλον ἢ πάντα ἄλλον ἄνθ. A. Chr. 61, 5. —

Similiter pro comparativo positivus sequente ὑπὲρ praepositione adhibetur, ut: καλῶς σοι ἔσται ὑπὲρ πάσας τὰς ἡλικιώτιδάς σου A. M. 19, 21. — τοῦ δὲ χαλκώματος κτίλβοντος ὑπὲρ τὴν φλόγα τοῦ πυρός A. Chr. 71, 2. (de hoc usu cf. Wineri gr. § 36, 2). —

Pro positivo comparativus adhibitus est: καὶ τάχιον ἀπὸ τοῦ τόπου ἐκείνου τὸ αἶμα ρεῖ A. M. 33, 13); qui usus redit ad communem consuetudinem).

Superlativi forma in actis s. raro adhibetur; plerumque per adverbia πάνυ, σφόδρα, πολὺ circumscribitur, ut: πάνυ γὰρ ὠραία ἔστί τῷ κάλλει A. M. 17, 16. — οὐαὶ ἡμῖν ταῖς πολὺ ἁμαρτωλοῖς A. Chr. 65, 23. — ἐπ' ἀληθείας δὲ ἦν ἡ ἀγία τρυφερὰ σφόδρα A. M. 21, 28. — δράκων μέγας καὶ φοβερός σφόδρα A. M. 25, 23. — ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος φρόνιμος σφόδρα A. Chr. 56, 13 sq. cf. 66, 6. 71, 11. 72, 12. —

Nonnumquam positivus et superlativus eidem nomini attribuuntur, ut: ὁ ἀνομώτατος καὶ εἰδωλολάτρης ἑπαρχος A. M. 70, 10. — ὁ δὲ ὠμότατος καὶ ἀναιδής ἑπαρχος A. M. 23, 24 cf. etiam: ὁ ἀτυχέστατος βασιλεῖον καὶ κατεφθαρμένον A. Chr. 63, 13. —

Superlativi munera sustinet etiam forma ὁ θεὸς τῶν θεῶν A. Chr. 71, 28; qui usus a poetis Graecis non alienus est, a prosae orationis scriptoribus nescio an contemptus sit. Similia exempla exhibet N. T. cf. Wineri gr. § 37, 2.

XII. Notabilis est usus numeralis εἰς in formulis εἰς ἕν = simul omnes A. Chr. 70, 11 et ὑφ' ἕν = uno eodemque tempore ib. 72, 1.

XIII. De activi, medii, passivi usu.

E verbis transitivis quae intransitive usurpantur profero haec: αὐξάνειν: ἦτις αὐξήσασα ἐν τῇ οἰκίᾳ τῆς τροφῆς κατέμενεν A. M. 16, 26. — ἐναλλάσσειν: καὶ ἐνήλλασεν αὐτῆς ἡ ὄψις A. M. 25, 35; (qui usus recedit a consuetudine communis Graecitatis);

κλίνειν: ἔκλιναν ἀπὸ τοῦ ὕψους τῶν ὀρέων A. M. 45, 3 sq. (hunc usum invenies etiam apud scriptores in primis cadentis Graecitatis);

secundum usum communis Graecitatis etiam προκόπτειν intransitive usurpatur, ut: προκόπτειν παρὰ τῆς τροφῆς A. M. 16, 32. —

Convenienter optimae Graecitati ἔστι cum adverbio impersonaliter usurpatur, velut: καλῶς σοι ἔσται A. M. 19, 21. — μή σοι καλῶς A. Chr. 64, 18, et frequentissime in formulis imprecationum titulis sepulchralibus usitatissimis, quarum exempla iam supra apud dativum attuli.

Ad usum communem referri non possunt haec verba impersonaliter adhibita: θαυμάζει: ἐπειδὴ πολὺ θαυμάζει εἶναι αὐτὸν δυνατὸν A. Chr. 59, 11; quamquam verendum est ne θαυμάζει corruptum sit. — πονεῖ τινα: πάνυ οὖν πονεῖ ἡμῖν διὰ σέ A. M. 21, 34.

Activum verborum transitivorum rarissime habet notionem causativam; omnibus fere locis planius et accuratius haec significatio per verbum ποιεῖν redditur, velut: A. Chr. 65, 14. 66, 25 sq. 68, 23 sq. 70, 28. —

In potestatem passivi transit activum περιέχειν, ut: καθὼς εἰς τὴν Ἔξοδον Μωυσέως περὶ Ἰαννῆ καὶ Ἰαμβρῆ περιέχει A. M. 35, 14 sq. cf. τὸ συνέχον 'contextus'.

Eundem usum in tit Carico a. 116 aut proximi (Bull.

IX. 347) et similiter in tit. Cumaco (Euang. scholae Smyrn. mus. 1876 n. ρια, 42) exstare notavit Usener ad p. 35, 15.

Naturam verbi transitivi induit verbum χαίνειν: καὶ ἔχαναν (sc. οἱ ὄφεις) τὸ στόμα τοῦ δράκοντος A. M. 26, 4; quae structura communi dicendi generi attribui non potest.

In usu medii dynamici et directi reflexivi Graecitas Pisidiae et Phrygiae non recedit a communi usu, nisi quod medium directum reflexivum rarius usurpatur, frequentius activum addito ἑαυτὸν reflexivo, ut: ταπεινοῦν ἑαυτὸν A. M. 24, 6. — φανεροῦν ἑαυτὸν ib. 31, 2. — σφραγίζειν ἑαυτὸν ib. 29, 3 sq. — ῥίπτειν ἑαυτὸν A. Chr. 57, 9. — πατάσσειν ἑαυτὸν ib. 75, 3. — medium habes exempli gratia: κατεσφραγίσατο ὄλον τὸ σῶμα αὐτῆς τῷ σημίῳ τοῦ σταυροῦ A. M. 36, 10 sq. —

Rursus contra normam medium καλύπτεσθαι cum notione activa positum est: Ζυρναία δὲ κόνις με καλύψατο C. J. G. 3846 z⁶⁰ (tit. Aezan.). —

Item contra normam dicitur διδόναι ἑαυτὸν ὀπισθεν = dare se retro, ut: ὀπισθεν ἑαυτὸν ἔδωκεν A. Chr. 74, 26. — ὀπισθεν ἑαυτὴν δέδωκεν ib. 60, 9 sq. —

Communi usui non repugnat quod verbum, quod activo genetivum vel dativum personae trahit, ubi passive pronuntiat, perinde atque transitivum personam nominativo casu recipit, ut: ὅτι μὴ γνοῦς θεὸν οὐκ ἐνεκλήθην, νῦν δὲ ἐπιγνοῦς αὐτὸν τυραννοῦμαι A. Chr. 61, 5 sq. — similiter: παρὰ τῶν ταχυγράφων τῶν ὄντων ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις καὶ τῶν τὰ γράμματα διὰ χειρὸς πεπιστευμένων A. M. 16, 17 sqq. — οὐ προτέταγμαί θύειν ματαίοις A. Chr. 58, 5. (cf. de hoc usu quae dixit Usenerus in Vita Theodosii, adnot. ad 9, 16 p. 122).

Verbi ἰσάναί aor. II. act. qui notionem intransitivam habet, officio fungitur aor. I. passivi, qui in usu non est, exempla habes: καὶ ἐκέλευεν στήναι τὸ βραϊδίον αὐτοῦ A. M. 18, 35. — καὶ εἰκόνα σοι χρυσῆν ποιήσω κατὰ πόλιν στήναι A. Chr. 67, 12 sq.

XIV. De usu temporum.

Licet in universum Graecitas Pisidiae et Phrygiae in temporibus sequatur normam grammaticae, tamen non desunt exempla quibus apparet, sermonem cotidianum non tam certis dicendi legibus adstrictum fuisse ut non interdum eis repugnaret; in singulis observanda sunt haec:

Pro praesenti contra usum optima Graecitatis perfectum usurpatum est, ut: ὁμολογήσατε θεὸν εἰς ὃν ἐγὼ πεπίστευκα A. Chr. 65, 28. (cf. Vita Theodos. p. 119.).

Praesens usurpatum est, ubi ratio postulat futurum, (plerumque antecedit enuntiatum condicionale vel imperativus, cf. Act. Pelagiae p. 49): ἐὰν ἐλευθέρα ἐστίν, κρατήσω αὐτὴν ἑμαυτῷ εἰς γυναῖκα· εἰ δὲ δούλη ἐστὶν τις, δίδωμι αὐτῆς τὸ τίμημα καὶ κτῶμαι αὐτὴν παλλακίδα A. M. 17, 14 sq. — νῦν εἶπέ μοι, καὶ τότε ἐγὼ πάντα σοι ἀπαγγέλλω A. M. 34, 31. — καὶ ἔνθα σοι κείμενον ὑπάρχει τὸ σῶμα, ἀποπέλλω τὸ ἔλεός μου εἰς τὸν τόπον ἐκεῖνον A. M. 44, 9 sqq. cf. 44, 1 sqq. — ἐὰν μὴ ποιήσῃς τοῦτο, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν A. M. 45, 32 sq. — εἰ δὲ μή, ἡμεῖς ἀπελθόντες λέγομεν τῷ βασιλεῖ ὅτι οὐχ εὖρομεν αὐτὸν A. Chr. 61, 15. — τὸ δὲ γένος ἐὰν ἐρωτᾷς, ἢ τὸ ἔθνος ἢ τὴν χώραν μου εἰς τὸ πρόσωπόν μου βλέπε καὶ μανθάνεις τὸ ἔθνος μου A. Chr. 64, 7 sqq. — καὶ γράψω τοῖς πᾶσιν, ἵνα ἱερέα σε καταστήσω A. Chr. 64, 11. — ἐὰν τι ὑστέρησα, παρακαλῶ, ἑπταπλάσια ἀποδίδωμι ὑμῖν A. Chr. 70, 6. — ἐὰν ἐπιμείνῃ ἡ ζωὴ μου, πολλοὺς προσάγει δι' ἐμοῦ ὁ θεὸς εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπίγνωσιν ib. 70, 24. — ἀλλὰ δὸς χάριν τῷ σώματί μου, ἐπειδὴ πολλοὶ ζητοῦσί με ἀρπάσαι εἰς πόλιν ἢ χώραν ἢ ὄρος ib. 74, 11 sqq. —

Interdum enuntiatum futuro dicto adnequitur enuntiatum praesenti prolatum, ut: ἐνίσχυσόν με, ὅπως νικήσασα αὐτὸν πατήσω καὶ δόξαν ἀναπέμπω σοι A. M. 17, 38. — ἐὰν δὲ πεισθῆς μοι... τὸ σῶμά σου ἔσται μοι ποθεινόν, καὶ παρόντων πάντων ὁμολογήσω σε ὅτι ἔση ἀνάπαυσις τῆς ἐμῆς ψυχῆς, καὶ λαμβάνω σε ἑμαυτῷ εἰς γυναῖκα A. M. 20, 31

sqf. — τούτοις δὲ οὐ πειθήσομαι οὐδὲ θύω ib. 22, 5. — καὶ οὕτως τοῦ ἄρματος καὶ δέξονται ἀντὶ τῆς ἡδύτητος τῆς εὐωδίας ὁσμῆν σαπρίας, καὶ ἐμβαλῶ εἰς τὴν καρδίαν αὐτῶν πῦρ καιόμενον, καὶ οὕτως ἀκμέλατος αὐτοῖς ἐστὶν ἡ ἁμαρτία, ὡς περ μάχαιρα εἰσελθοῦσα εἰς τετράποδα, καὶ τάχιον ἀπὸ τοῦ τόπου ἐκείνου τὸ αἷμα ρεῖ A. M. 38, 8—13. — καὶ εἴτινος εἰς χεῖράς ἐστι τὸ βιβλίον μου καὶ θήσει αὐτὸ πρὸς τὰ γόνατα αὐτοῦ, ἀπαλλαγέσεται τῶν παραπτωμάτων A. M. 43, 24 sqf. cf. etiam 44, 17 sq. —

In protasi enuntiatī conditionalis praesens adhibitum legitur, quamvis in apodosi sit ind. futur. A. M. 44, 18 sqf. —

Saepius pro aoristo perfectum adhibetur, quamquam res semel acta exponitur, ut: αὕτη ἡ ἀγία Μαρίνα γέγονέ τινος ὀνόματι Αἰδεσίου A. M. 16, 22. — ὀλίγα νομίματα δέδωκός ἐκ τῆς πενίας μου εἴληφα τὰ ὑπομνήματα ib. 16, 16. — Similia exempla apud Theodorum invenies collecta in Vita Theodosii p. 120.

Perfectum adnectitur aoristo: πῶς οὖν cὺ τοῦτο τετόλμηκας καὶ ἀντὶ τοῦ θῆσαι αὐτοῖς καὶ μύρα προσενεγκεῖν καθελούσα ἐλέπτυνας; A. Chr. 68, 15 sq. —

Praeterea perfectum adhibitum est antecedente aor. et subsequente imperfecto: ταῦτα δὲ αὐτοῦ προσευχομένου ἰδοὺ εἰσῆλθεν γυνὴ συλλέξαι ῥόδα, καὶ τοῦτον ἰδοῦσα καθήμενον καὶ κλαίοντα, ὅπισθεν ἑαυτὴν δέδωκεν καὶ ἐλθοῦσα διηγεῖτο γείτοσιν A. Chr. 60, 7—10. —

Imperfectum usurpatum est, ubi exspectamus aoristum: τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν ἔλεγον αὐτῇ A. M. 21, 31, 46, 11—14. A. Chr. 60, 13 sq. 71, 7. 72, 21. 73, 16. 75, 22. —

Saepius aoristus et imperfectum coniuncta deprehenduntur:

καὶ ταῦτα εἰπούσης αὐτῆς ἤρξαντο οἱ δῆμιοι τύπτειν αὐτὴν ἐπὶ πλεῖον, ὃ δὲ κήρυξ ἔλεγεν αὐτῇ A. M. 21, 25 sqf. — ἔτρεχεν δὲ κύκλω Μαρίνης μετὰ γυμνῆς ῥομφαίας, καὶ ὁ κυριγμός αὐτοῦ ἐποίησεν δυσωδίαν δεινήν A. M. 25, 32 sq. — καὶ ταῦτα εἰπούσης αὐτῆς ἐχαλέπαιεν ἐπ' αὐτὴν ὁ δράκων, καὶ κρατήσας αὐτὴν ἔθηκεν τὸν τράχηλον αὐτοῦ ἐπάνω

τοῦ τετραγώνου A. M. 26, 15 sq. — ἔλεγόν σοι καὶ οὐκ ἤκουσάς μου A. Chr. 75, 24. Similiter A. Chr. 72, 25 bis 73, 7. —

Antecedente aoristo saepius praesens positum est: καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ παρέστη αὐτῷ ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ καὶ λέγει αὐτῷ A. Chr. 57, 13 sq. Cf. ib. 58, 11. 66, 14 sq. 74, 26 sq. —

Imperativo praesentis iunctus est imperativus aoristi: μὴ μωρολόγει αἰσχροῦς, ἀλλὰ θύσον τοῖς θεοῖς A. Chr. 64, 20.

Iam si quaerimus, in adhibendis temporibus quid intercedat differentiae inter sermonem volgarem Pisidiae Phrygiaeque et inter communem usum vix certi licet quidquam statuamus, ut cum usus sit eiusmodi, cuius exempla etiam apud scriptores Graecos praesertim infimae aetatis inveniantur. Id quidem certe licet suspicari usum perfecti loco aoristi maxime sermonis vulgaris esse proprium.

XV. De usu modorum.

Pro formulis ὀλίγου δεῖν, ὀλίγου ἐδέησα vel solo ὀλίγου quarum nullum exemplum exstat, sermo vulgaris Phrygiae adhibet ἐγγίζειν cum genetivo infinitivi constructum, ut: ὁ βασιλεὺς ἐτάραχθη καὶ ἤγγισε τοῦ καταπεσεῖν ἀπὸ τοῦ θρόνου αὐτοῦ A. Chr. 63, 11.

Optativi potentialis usus unum exstat exemplum: καὶ οὐκ ἂν παρακαλεύσαις μου τὴν ἀγνείαν A. M. 19, 23 sq. Hoc inde explicandum est quod optativi terminationes a quibusdam ceterorum modorum terminationibus in pronuntiatione prorsus discerni desitae sunt idioque sermo vulgaris notionem potentialem paullatim per verba circumscribere coepit. In adhibendo modo irreali sermo vulgaris non recedit ab usu communi; cf. A. Chr. 68, 13 sq. Usus coniunctivi hortativi idem est atque in communi Gracitate nisi quod coniunctivus aoristi frequentius adhibitus esse videtur; cf. A. M. 41, 17. 19. A. Chr. 61, 10. 66, 3. 72, 13. 76, 1.

Coniunctivus hortativus etiam loco indic. futur. ad

hibitus est: ἐὰν μὲν ἰδίῳ θελήματι θελήσω ἐλθεῖν πρὸς αὐτόν, ἔλθω μεθ' ὑμῶν A. Chr. 61, 10 sq. —

Regula observatur in adhibendo coni. prohibitivo addita μὴ particula.

Praeter modum optativum ad exprimendum quid optet aliquis, etiam coniunctivus aor. in usu fuisse videtur, velut: ὁ κατοικῶν τὸν αἰῶνα κεπάσῃς με τῷ πνεύματί σου ὑπὸ τὴν ἀγίαν σου στολήν A. M. 38, 46. (de hoc usu apud scriptores Graecos raro cf. Kuehneri gr. p. 201 not. 1). Optativum habes A. M. 18, 21, 21, 18, 38, 52, 45, 31. A. Chr. 64, 13. — εἰ particula optativo addita est A. Chr. 69, 13 sq. —

Iam accedamus ad usum modorum in enuntiatis eis quae pendent ex enuntiatis primariis.

a) Enuntiata ea quae pendent e verbis sentiendi et declarandi recipiunt coniunctionem ὅτι atque quamvis contineant tempus praeteritum, tamen eundem modum idemque tempus, quod obtinerent, si non penderent, servant; velut A. Chr. 71, 23 sq. 73, 22 sq. 61, 15. —

Similiter etiam in indirectarum interrogationum sententiis servantur modi et tempora, ut: A. M. 15, 10, 13, 32, 34 sq. 35, 22.

b) In enuntiatis finalibus adhibentur particulae ἵνα, ὅπως negative ἵνα μὴ, ὅπως μὴ, μὴ solum. Particula ὡς in usu non est. Construuntur autem hae particulae cum coni. praes. vel aor. et indicativo futuri, sive antecedit tempus primum sive praeteritum. Nam optativus orationis obliquae non adhibetur.

Coni. praes. e verbo indicat. vel imperativo aoristi pendet, ut: A. Chr. 59, 3—5, 61, 7 sqq. 74, 15—18.

Multo frequentior est coni. aoristi usus; sic post ind. praes.: A. M. 19, 10, 31, 6, 36, 26 sq. 41, 11. A. Chr. 64, 11, 66, 12 sq. 67, 10. — post imperativum praes.: A. M. 41, 7, 10. A. Chr. 64, 18, 70, 22. — post imperat. aor.: A. M. 17, 37 sq. 21, 22, 22, 17, 24, 7, 26, 8, 38, 42, 38, 45. A. Chr. 57, 12, 59, 10, 60, 4, 5, 62, 10, 63, 6, 64, 17, 65,

12, 66, 5, 67, 9, 73, 20, 74, 1, 3. — post coni. deliberat. praes. A. M. 21, 12. — post coni. hortat. aor. A. Chr. 72, 13. — post indic. aor. A. M. 29, 21, 38, 38. A. Chr. 68, 25, 67, 4 sq. C. J. G. 3835, 11 (in tit. Aezanor.). — post indic. perfecti: A. M. 42, 36. — post optativum aor. A. M. 45, 31. — absolute dictum est ὅπως μὴ c. coni. aor. A. M. 37, 25. —

Rarius ἵνα et ὅπως cum indicat. fut. construuntur; sic post imperat. aor.: A. Chr. 74, 8 sq. (Animadvertendum est A. M. 36, 27 verbum ἔκομαι non pendere ex ἵνα particula, sed potius a voce καὶ novam incipere sententiam).

c) Enuntiata condicionalia in protasi habent particulas εἰ et ἐὰν.

I. Particula εἰ iungitur:

α) cum indic. praes., in apodosi est item ind. praes., velut: A. M. 17, 15, 41, 11. A. Chr. 68, 1; vel imperativus, ut: A. Chr. 65, 5, 67, 25.

β) cum ind. futur., in apodosi est item ind. futur., ut: A. M. 43, 26, 44, 18—21. quamquam utroque loco εἰ neglegentius pro ἐὰν positum esse videtur.

II. Particula ἐὰν construitur:

α) cum coniunctivo aor., in apodosi est indic. futur., ut: A. M. 20, 31, 23, 31, 43, 28. A. Chr. 58, 8, 59, 2, 65, 24, 30, 66, 1, 72, 16 sq. 74, 24;

vel imperativus aor., ut: A. M. 42, 7 sq. 42, 9 sq. 43, 14 sq. A. Chr. 59, 8;

vel indicat. praes., ut: A. M. 22, 2 sq. 32, 28, 35, 11 sq. 45, 32. A. Chr. 70, 24;

vel coni. hortat. aor., ut: A. Chr. 61, 10.

β) cum coni. praes., in apodosi est imperat. aor., ut A. Chr. 61, 14.

γ) cum coni. perfecti et simul aor., in apodosi est imperat. aor. ut: A. M. 43, 22. Ne in his quidem exemplis normae communis Graecitatis usus repugnat.

Praeter has structuras etiam scriptoribus Graecis usitatissimas exstant quaedam, quae communi dicendi

generi attribui non possunt, sed sermonis vulgaris propriae esse videntur. Occurrunt enim exempla quibus apparet εἰ et εἰς particulas modo indicativo modo coniunctivo sine ulla differentia iungi. In causa fuisse videtur pronuntiatio, qua effectum est, ut III. pers. sing. praes. in εἰ et η et futur. act. in εἰ prorsus idem sonaret atque III. pers. sing. coni. aor. II. act. in εἰ. Quae confusio iam altero a. Chr. n. saeculo orta esse videtur (cf. Hatzidakis *Introd. gr. neogr.* p. 216).

Itaque invenimus εἰ constructum cum coni. aor., in apodosi indic. futur., ut: εἰ δ' ἕτερον τις ἐπιτενέει εἰς τὸ μνημεῖον ἔστε τῷ... *Journ. of hell. stud.* 4. 405 (21) (tit. Pepuzens. a. 260. p. Chr. n.). — εἰ δέ τις ἕτερον ἐπιτενέει ἰς τοῦτο τὸ ἥρωον ἔστε αὐτῷ πρὸς [τὸν θεόν] C. I. G. 3872 c (tit. Sebastae, a. 354. p. Chr. n.). — οὐδενὶ δὲ ἐτέρῳ ἐξέεται τεθῆναι, χωρὶς εἰ μὴ τι πάθη ἢ θυγάτηρ μου Ἄπφιον 3902 m (tit. Eumen.), in apodosi est etiam optat. praes., ut: εἰ δέ τις εἰστήλην ἢ τύνβον τήνδε ἀλίτηται, αἰεὶ οἱ γεγενῆ τε καὶ οἶκος πῆματ' ἔχοιτο *et. Amer. Journ. of archaeol.* 1. 142 (tit. Docimii.). —

εἰς constructum est c. indic. futur., in apodosi adhibitum est ind. futur.: εἰς δέ τις τολμήσει παρὰ ταῦτά τι ποιῆσαι, εἰσοίσει τῷ ἱερωτάτῳ φίσκῳ δηνάρια πεντακισχίλια C. I. G. 3922 (tit. Hierapol.). — ὡς εἰς τις κηδεύσει, εἰσθήσει τῷ ἱερωτάτῳ φίσκῳ χ φ 3902 k (tit. Eumen.). —

εἰς constructum est cum indic. praes., in apodosi adhibitum est ind. futur.: εἰς ἐλευθέρα ἔστιν, κρατήσω αὐτήν ἐμαυτῷ εἰς γυναῖκα A. Chr. 17, 14. —

εἰς constructum est cum ind. aor., in apodosi est indic. praes., ut: εἰς τὴν ὑπέρηρα, παρακαλῶ, ἐπταπλάσια ἀποδίδωμι ὑμῖν A. Chr. 70, 5 sq. —

Cum optativo autem neutra particula constructa invenitur.

Pro εἰς τις δὴ et εἰς δέ τις per tmesim dicitur εἰς τις δὴ et εἰς δ' αἰς, de qua forma iam supra accuratius diximus.

In enuntiatis temporalibus, ubi de re futura vel expectata agitur, plerumque particulae temporales addita εἰς particula secundum normam cum coni. aor. constructuntur, ut in exemplis hisce: ὕπαγε εἰς τὸν βυθὸν τοῦ ἄδου, ἕως εἰς δὴς λόγον περὶ τῶν ψυχῶν, ὧν ἀπώλεσας A. M. 36, 2 sq. — νῦν μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί, ἄχρις εἰς προσομιλήσω τῷ δήμῳ ib. 40, 3. — ὁ δὲ ἑπαρχος προσέταξεν τηρεῖσθαι αὐτήν, ἄχρις εἰς παραγένηται ἐν τῇ πόλει ib. 19, 11 sq. cf. A. Chr. 69, 1 sqq. —

Interdum autem εἰς particula ommissa deprehenditur, ut in: κἀγὼ αὐτὸν φυσιῶ, ἄχρις καταλύσω τοὺς νεφροὺς αὐτοῦ A. M. 33, 3. — καὶ καθ' ὅσον ποιήσω αὐτοὺς τῇ ἀμαρτίᾳ περιπεσεῖν, τότε τὰ βέλη μου τὰ πολεμικὰ βοηθήσουσίν μοι ib. 33, 5 sqq. quamquam ποιήσω etiam indicativus futuri licet haberi; (quae structura etiam apud scriptores Graecos invenitur, cf. Wineri gr. § 42, 3). Ne harum quidem particularum optativo iunctarum ullum exemplum exstat.

Cum indicativo aor. iunctum inveni ὅταν pro ὅτε: ὅταν ἔζων ἐγὼ C. I. G. 3964, 8 (in tit. Apameae Ciboti). (de qua structura iam in LXX usitata vide quae dixit Hatzidakis, *Introd. gr. neogr.* p. 216 sq.).

In sententiis relativis, quae sensum finalem habent, secundum normam indicat. futuri usurpatus est, velut: A. M. 44, 7 sq. 14 sq. —

Item secundum communem usum in enuntiatis relativis, quae notionem universalem habent, coni. aor. addita εἰς particula adhibitum est, ut: A. M. 35, 7 sqq. 43, 19 sq. C. I. G. 3919, 7 (in tit. Hierapol.). 3920, 7 ib. *Papers* 2. 19 (tit. Heracl.).

Nonnumquam autem loco εἰς particulae καὶ usurpata est ita, ut sequatur indic. praes., ut: φύλαξον τοὺς τόπους, ὅπου καὶ ὑπομνήματά μου κατὰκείνται A. Chr. 74, 16. Atque haec quidem structura haud scio an soli sermoni vulgari attribuenda sit, cum eiusmodi usus nullum exemplum apud scriptores Graecos invenitur.

Interdum relativa iunguntur coni. omitta ἄν particula, ut: A. Chr. 72, 7. C. J. G. 3902 o (tit. Eumen.). Bull. 7. 268 (10) (tit. Cretopolit.); qui usus ad eandem rationem redit qua in enuntiatis temporalibus.

Frequentissime autem ὅς ἄν construitur cum ind. futur., in apodosi invenimus indic. futur. et optativum, velut: κηδευθήσετε... καὶ ὅν ἄν αὐτὸς βουλευθήσασθε C. I. G. 3923, 4 (in tit. Hierapol.). — ὅς ἄν προκοίσει χεῖρα τῆν βαρύφθονον Ἐκάτης μελαίνης περιπέσοιτο δαίμοσιν 3857 k (tit. Phryg.). — ὅς ἄν τῆ κορῶ κακοεργέα χεῖρα προκοίσει, δώσει τῶ θεῶ λόγον Journ. of hell. stud. 4. 434 (tit. Corasensis a. 211. p. Chr. n.) cf. 3891. 3902 r (titulos Eumennenses). 3915 (tit. Hierapolit.). 3956 c (tit. Lacin.); qui usus haud scio an etiam scriptoribus senescentis Graecitatis concedendus sit; cf. Wineri gr. § 43, 5 not.

Sermonis vulgaris proprium fuisse videtur interdum ἔάν pro ἄν ponere. In actis sanctorum unum quidem exstat exemplum: ἐν τῷ τόπῳ, οὐ ἔάν ἐστὶ A. M. 43, 19; multa autem exempla exhibent scriptores LXX, Novi Testamenti, praeterea Philo, Artem., Mal., Theoph. (cf. Sophocles Lexicon Graec. p. 409.).

Forma κἄν sequente coniunctivo ut: A. Chr. 69, 8. 73 18 etiam scriptoribus Graecis usitata fuit; at κἄν sequente imperativo haud scio an sermoni vulgari adsignandum sit; eiusmodi exemplum habes A. M. 31, 2 sq.: κἄν νῦν, ἐφ' ὅν καταπεπάτηκας, Μαρίνα, κρατοῦσα αὐτὸν κατάμαθε τὴν καρδίαν αὐτοῦ (cf. Kuehneri gr. p. 171, 3). —

Postremo loco commemorandum est, in quibusdam sententiis, quae continent demonstrativum, non ὥστε e. infin., sed ὅτι sequente indic. adiungi, velut: τοιοῦτοι γάρ εἰσιν οἱ θεοὶ ὑμῶν, ὅτι ὑπὸ γυναικὸς ἐκινήθησαν A. Chr. 68, 18. Quae res nescio an inde explicanda sit, quod ὥστε particula infinitivo iungi apud vulgus paullatim desita est. Adsumptus est indicativus, qui usque ad nostram aetatem in usu perseveravit. Pro ὥστε autem non minus frequentabatur ὡς eadem significatione et item sequente indica-

tivo. Cum autem ὡς non solum in enuntiatis consecutivis, sed etiam in eis, quae pendent a verbo sentiendi et declarandi, adhiberetur eadem ratione qua ὅτι, fieri potuit, ut ὡς cum ὅτι plane confunderetur atque ὅτι potestatem consecutivam indueret. Alia enim ratio explicandi vix inveniri possit. Eundem usum habes apud LXX, Theod. I., Ioannem Mosch., Leont. Cypr. (quos laudat Sophocles in Lexico Gr. p. 822, 10.). —

XVI. De usu imperativi.

Perinde atque in communi Graecitate pro imperativo saepius indic. futuri ita adhibetur, ut imperandi forma propius accedat ad optandi vel exspectandi formam, ut A. M. 43, 32. 44, 1.

Interdum autem indic. futur. vim imperandi auget, velut: A. Chr. 73, 25 et in titulis sepulchralibus.

Differentia ea quae intercedit inter imperativum praesentis et imperat. aor. non usquequaque observata est ideoque quibusdam locis ubi res iteranda vel duratura intellegitur pro imperativo praes. imper. aor. adhibitus est, ut: A. M. 42, 34. 8. 11. 43, 13. 16. 18. 20. 23. 24. Sic μείνον A. Chr. 74, 1. — ἐκδέξασθέ με ib. 62, 1. —

Prohibitivus plerumque secundum regulam exprimitur per μὴ sequente coni. aor., nonnumquam vero μὴ cum imperativo aor. adhibitus est, sed hoc in solam III. personam plural. cadere videtur, ut: καὶ μὴ καταπατησάτωσαν τὴν ψυχὴν μου A. M. 17, 20. — μηδὲ καταγελασάτωσαν με ib. 21, 18 sq. atque in his locis μὴ e. imperat. aor. variat cum optativo et coniunctivo aor.

Semel exstat imperativus praes., ubi μὴ e. coni. aor. exspectamus: μηδὲν εὐλαβοῦ A. M. 31, 5. —

XVII. De usu infinitivi.

Quamvis norma qua praecipitur ut subiectum apud infinitivum si idem est atque in enuntiato primario, non

iteretur, si diversum est proprie exprimat, in universum observetur, tamen nonnunquam, ubi subiectum infinitivi exprimendum erat, regula neglecta est, ut προσέταξεν κρατηθῆναι A. M. 17, 13. — ἐλθέτω ἡ ἀγία περιστερά σου ... ὡστε εὐλογηθῆναι ὑπ' αὐτῆς A. M. 38, 50. —

Infinitivo articulus praepositus est,

a) ubi subiecti munera suscipit: καλὸν τὸ γηρᾶν καὶ τὸ μὴ γηρᾶν C. I. G. 3902 r (tit. Eumen.). — οἷς τὸ ζῆν ὕβριν φέρει ibid. —

b) ubi pendet e verbo: ἤγγιξε τοῦ καταπεσεῖν ἀπὸ τοῦ θρόνου αὐτοῦ A. Chr. 63, 11. —

c) ubi pendet e praepositionibus:

ex ἀντί A. M. 38, 44. A. Chr. 68, 16.

ex εἰς A. M. 19, 24.

ex ἐν A. M. 33, 16. 46, 18.

ex ἐπί A. Chr. 56, 5.

ex μετά A. M. 16, 27. 31. 30, 26. 33, 14. 36, 5. 40, 27.

44, 34. 46, 11. A. Chr. 64, 6. 75, 17.

ex πρό A. M. 34, 34. —

ex πρὸς 3902 k, 5 (in tit. Eumen.).

d) significationem finalem genitivus infinitivi prae se fert eadem ratione qua apud LXX et scriptores N. T.), velut: ἀποπέλλω τοὺς ἀγγέλους μου τοῦ δοῦναι αὐτοῖς τὸ θαρρεῖν A. M. 44, 12 (de qua structura etiam scriptoribus Graecis usitata cf. Wineri gr. § 45, 4).

Infinitivus sine articulo adhibetur post verba impersonalia, ut:

1) δεῖ, cuius structurae exemplis non egemus,

2) γίνεται A. M. 38, 52. quamquam A. M. 45, 31 ἵνα sequitur: μὴ γένοιτο ... ἵνα λάβω σου τὴν κεφαλὴν. cf. etiam A. Chr. 64, 18; qui usus communi Graecitati assignari non potest.

3) ἐνδέχεται: οὐκ ἐνδέχεταιί με ταῦτα σοὶ ἐξεπεῖν A. M. 34, 32, qui usus ad communem consuetudinem redit;

4) θαυμάζει: ἐπειδὴ πολὺ θαυμάζει, εἶναι αὐτὸν δυ-

νατὸν A. Chr. 59, 11; quamquam de genere verbi dubites licet.

5) πρέπει, secundum usum communem.

Infinitivus obiecti loco positus est

1) post verba sentiendi et declarandi; frequentius tamen ὅτι c. ind. adhibitum est; cum ὡς nusquam inveniatur.

ὅτι usurpatum est: λέγω ὅτι A. M. 35, 20. — λαλεῖν ὅτι A. Chr. 67, 26. — ὁμολογεῖν ὅτι A. M. 20, 23. — γινώσκειν ὅτι A. M. 19, 18 sq. 22 sq. 23, 32 sq. 35, 11 sq. 44, 14. — πιστεύω ὅτι A. M. 22, 2. — ἰδεῖν ὅτι A. M. 24, 12. — ἐπίσταμαι ὅτι A. M. 43, 13 sq. — εἰδέναι ὅτι A. Chr. 56, 14. — θεωρεῖν ὅτι A. Chr. 65, 10 sq. — νομίζειν ὅτι A. Chr. 67, 20 sq. —

2) post verba, quae consilium simulque eventum significant, ut

a) verba volendi, audendi: βούλομαι, ἐθέλω, τολμάω,

b) verba facultatis: δύναμαι, ἔχω; ἔχω c. infin. habes: A. M. 20, 28. 21, 33. 34, 30. 35, 12. A. Chr. 69, 16.

c) verba monendi et imperandi: πείθειν, προτρέπομαι, κελεύω, προεστέλλω;

d) verba studendi: σπουδάζειν, ζητεῖν;

e) efficiendi verba: ποιεῖν;

f) verba dandi, concedendi: δίδοναι: δός μοι λαλεῖν A. Chr. 57, 12. — δός βλαστήσαι τὸ ξύλον τοῦτο ib. 60, 5. cf. A. M. 24, 16. 26, 6.

g) verba proficiscendi et mittendi: ἦν ἐρχόμενος ... θλίβειν τοὺς τῷ θεῷ ἀνατεθειμένους A. M. 17, 5 sq. — οἱ δὲ ὄχλοι πάντες παρεγένοντο θεάσασθαι αὐτήν A. M. 36, 11 sq. — ἐξῆλθεν γυνὴ συλλέξαι ῥόδα A. Chr. 60, 8. — ἀπεστάλημεν ἀπάσαι σε δέσμιον A. Chr. 61, 7. —

Praeterea verba καταναγκάζειν, καταξιοῦν, ὀφείλειν infinitivum recipiunt. Atque in his omnibus exemplis consentit Graecitas Pisidiae Phrygiaeque cum optima Graecitate. Praeter has structuras sunt quaedam quae animadvertantur dignissimae:

Verbum αἰτεῖν construitur cum ἵνα sequente coni., ut: A. M. 31, 6 sq.; eadem ratione εὔχεσθαι, ut A. M. 41, 10, 11 et προεὔχεσθαι A. Chr. 66, 5 et ὀρκίζω A. M. 36, 26.

Cum ὅπως sequente coni. construuntur verba δέομαι A. Chr. 66, 12 sq. et κελεύω A. M. 24, 7 sq. —

Παρακαλεῖν autem frequentissime enuntiato hortativo interponitur, ut: A. M. 41, 9, 42, 32. A. Chr. 75, 28, 70, 5 sq. Similiter in initio sententiae ita adhibetur, ut sequatur per parataxim reliqua sententiae pars, ut A. M. 31, 11.

In reliquis structuris sermo vulgaris Pisidiae Phrygiaeque non recedit a communi dicendi genere.

XVIII. De usu participii.

Participium additur verbo finito ita, ut: referatur ad subiectum enuntiatum

1) apud verba perseverandi, ut: ἐπιμένειν et ἀπομένειν A. Chr. 65, 24. A. M. 27, 16. —

2) apud verba desinendi, ut παύομαι A. M. 30, 6, 31, 13.

3) apud verba proficiendi, ut ὠφελεῖν: ἰδὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ αἰκίζόμενος αὐτόν A. Chr. 73, 22.

4) apud verba opinandi, ut νομίζειν: οἱ δὲ ἐνόμισαν ἰδόντες θησαυρὸν λάμποντα A. M. 36, 31; quae structura insolens est, cum hoc loco νομίζειν significet opinari, suspicari; atque etiam ubi idem valet quod εἰδέναι eiusmodi structura apud scriptores Graecos rarissima est; cf. Kuehneri gr. II, p. 631, 8. —

Participium additur verbo finito ita, ut referatur ad obiectum enuntiatum

1) apud verba videndi, ut ἰδεῖν A. M. 17, 12, 22, 35, 42, 27 sq. A. Chr. 57, 7, 60, 9, 69, 23, 73, 27 sq.

2) apud verba inveniendi, ut εὐρεῖν: εὐρεθήκονται νενικημένοι ὑπ' ἐμοῦ A. M. 33, 8.

At verba audiendi tantummodo ὅτι admittunt, ut A. M. 34, 1. A. Chr. 71, 23 sq. —

Frequentissime pro verbo finito verba εἰμί, γίνομαι, ὑπάρχω cum participio praesentis et perfecti iunguntur ad rem perfectam vel durantem significandam, ut: A. M. 17, 2, 5, 24, 2, 26, 1, 30, 28, 32, 27 sq. 34, 36 sq. 36, 28 sq. A. Chr. 65, 6, 20, 71, 21, 75, 11 sq. 75, 14; (de quo usu etiam scriptoribus Atticis usitato cf. Kruegeri gr. § 56, 3).

Participium praesentis activi accedit ad verba proficiscendi significatione finali; quae structura ad commune dicendi genus redit; ut: ἀπερχόμεθα πολεμοῦντες κατ' αὐτοῦ A. M. 35, 9. —

Participium perf. passivi nonnumquam naturam adiectivi vel adiectivi verbalis induit, ut: τὸν μερικημένον κατήσχυνας A. M. 30, 34. — εὐλογημένος ib. 39, 2, 41, 20. — ὦ πάσης βραδουργίας πεπληρωμένοι A. Chr. 58, 2. — τὸ βασίλειον ὑμῶν τὸ διεφθαρμένον ib. 58, 10. — ὦ ἀτυχέστατον βασίλειον καὶ κατεφθαρμένον ib. 63, 13. —

XIX. Quemadmodum subiectum iungatur praedicato.

Sensu colectivo nomini πᾶς singulariter posito praedicatum pluraliter dictum additur, ut: ἐπὶ τὸ πάντα τὸν θρησκευόντα τὴν εὐσεβῆ τοῦ θεοῦ θρησκείαν μιαρῶν ἐδεσμάτων ἀπογευμαίνουσι κώζεσθαι A. Chr. 56, 5 sqq. quae structura non repugnat communi dicendi generi.

Neutri pluraliter pronuntiato additur verbum et singulare et plurale nullo discrimine, ut singul.: A. M. 16, 21. plural.: A. M. 20, 29 sq. 25, 35. A. Chr. 66, 27, 70, 9 sq. 73, 4, 74, 16.

XX. De usu praepositionum.

Usus praepositionum in Graecitate vulgari multo frequentior est quam apud scriptores Graecos, cum volgus quemadmodum singulae res inter se cohaereant atque referantur accuratius sensibusque magis accommodate studeat exprimere. In singulis haec animadvertenda sunt:

Praepositio ἀντὶ genetivo iungitur secundum usum communem, cum res significatur loco alterius rei posita vel cum altera re commutata, ut: A. M. 33, 9 sq. 35, 5 sq. 38, 44. A. Chr. 68, 15 sq. 74, 4 sq.

Sermonis vulgaris proprium est ἀντὶ cum accus. construere, ut: ἀντὶ γάμην δὲ ἔστρωσα τάφος C. I. G. 3827 hh, 8 sq. (in tit. Cotyaci).

Verba composita cum praepositione ἀντὶ secundum normam aut dativus aut πρὸς c. accus. sequitur, ut: ἀνταίρειν τινί A. Chr. 69, 25. — ἀντιστήναί τινι A. M. 22, 18. A. Chr. 59, 8. — πρὸς τὰ ἄγρια ἔργα ἐκεῖνα ἀντιπράττειν A. M. 34, 26. —

Praepositio ἀπὸ adhibetur saepius

1) ubi consuetudo communis Graecitatis praefert praepositionem ἐκ, ut: ἀπὸ τῆς ἄλλης γωνίας A. M. 27, 17. — ἔλαβον αὐτὴν ἀπὸ τῆς φυλακῆς A. M. 36, 8. — ἀνήλθεν ἀπὸ τοῦ ὕδατος A. M. 39, 7. — ἐξήλθεν ἀπὸ τοῦ παλατίου A. Chr. 73, 26. —

2) ubi Graeci κατὰ τινος adhibere solent, ut: καὶ πολὺ αἶμα ἔρρει ἀπ' αὐτῆς A. M. 21, 29. — καταπεσὼν ἀπὸ τοῦ τετραγώνου ib. 27, 11. cf. ib. 28, 28. 30, 32 sq. 35, 17. — ἔκλιναν ἀπὸ τοῦ ὕψους τῶν ὀρέων A. Chr. 45, 3.

3) ubi ἐπὶ vel πρὸς exspectamus, ut: ἐποίησε δύο λίθους περιτεθῆναι αὐτῇ ἓνα ἀφ' ἑνός A. Chr. 66, 26. —

4) ubi usus communis ἐν postulat, ut: καὶ τάχιον ἀπὸ τοῦ τόπου ἐκείνου τὸ αἶμα ρεῖ A. M. 33, 13. —

5) ubi Graeci παρά τινος adhibent: δέξασθαι ἀπὸ A. Chr. 56, 7 sq. similiter: ἀπὸ Δεκίου κάκραν διὰ τῶν ἀρχόντων κατήνεγκαν A. Chr. 56, 4 sq. —

6) ubi Graeci praetulissent ὑπὸ τινος, ut: ἐταράχθησαν ἀπὸ φόβου A. Chr. 65, 21. cf. ib. 72, 14. A. M. 25, 36. —

Communi usui convenienter adhibetur praepositio ἀπὸ apud verba quae originem significant, ut A. M. 20, 2 sq. 34, 33. 35, 21. A. Chr. 57, 3. —

Verba solvendi et liberandi rarissime solum gene-

tivum recipiant, plerumque adsumunt praepositionem ἀπό; utraque structura etiam scriptoribus Graecis usitata est.

Solum genet. habes: ἀπαλλαγῆσεται τῶν παραπτωμάτων A. M. 43, 26. — ἀπόλυσον τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ ib. 43, 24. — ἀπὸ adscitum est apud λυτροῦν A. M. 21, 21. ἐλευθεροῦν ib. 42, 9. 11. 43, 23. 29 sq. 45, 21. ῥύσασθαι A. Chr. 75, 26. —

Eadem ratione qua apud scriptores Graecos ἀπὸ adhibetur ad materiam, unde efficitur aliquid, significant, ut: ἐποίησαμεν φλόγα ἀπὸ τῶν ἀγγείων A. M. 36, 30. —

Ἄπὸ etiam distantiam loci indicat. De quo usu cf. Vita Theodosii p. 178.

Verba eundem e praepositione ἀπὸ composita interdum significant 'accedere', cum apud scriptores cadentis Graecitatis in his verbis magis finis perveniendi respiciatur (cf. Acta Pelagiae p. 49); in Actis Mar. et Christoph hanc notionem habet ἀπέρχομαι, velut: 17, 7. 35, 9. 57, 12. 59, 13. 76, 2.

Praepositio ἐκ perinde atque in communi Graecitate significat interdum rationem partitivam, ut: A. M. 21, 31. 32, 21. 40, 28. A. Chr. 57, 1. 66, 2 et omisso τινὲς A. M. 26, 3. —

Ἐκ minus accurate positum est, ubi κατὰ exspectamus: ἐκ δὲ τοῦ ὄρους καταδραμόντες A. Chr. 60, 16 (exempla similia Graecorum profert Winerus gr. § 51, 5).

Causam et operam significat A. M. 42, 7. 43, 17. A. Chr. 69, 7. —

Regionem significat ἐξ ἀριστερῶν A. M. 45, 36. — ἐκ δεξιῶν 3933, 1 (in tit. Hierapol.). A. M. 23, 20. —

Adverbio temporali praepositur: ἐκ πάλαι A. Chr. 69, 21 (de quo usu cf. Lobeckii Phryn. p. 45—49).

Classem ad quam pertinet persona vel originem significat, ut: ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς ἡμετέρας θρησκείας A. M. 18, 33. — τὸ δὲ πνεῦμά μου ἐκ τοῦ θεοῦ ἔστιν A. M. 20, 3 sq. — ὅτι ἐκ τοῦ σκοτεινοῦ καὶ ζοφεροῦ ἀέρος τὴν γένεσιν ἔχω A. M. 32, 23 sq. — θεὸς ἐκ θεοῦ ib. 39, 20.

— τοῖς τέκνοις ἐκ τοῦ αἵματός μου Bull. 7. 309 (33) (tit. Arameae). —

Ἐκ additur verbis liberandi solvendi curandi secundum usum communem, ut: A. M. 20, 35. A. Chr. 61, 12 sq. A. M. 46, 14. —

Causam significat: ἐκ τοῦ βάρους A. Chr. 66, 26. — Pretium significat: ἐλευθέρους πιπρασκομένους ἐξηγοράσαμεν ἐκ τοῦ αὐτοῦ χρυσίου A. Chr. 66, 10 sq. —

Praepositio πρὸ temporaliter tantummodo in actis s. adhibetur, ut: A. M. 34, 34. 35. 44, 34. —

Praepositio ἐν secundum usum communem locum, ubi aliquid fit, vel tempus, quando res geritur, significat. Interdum etiam apud verba ea, quae motum in locum significant, adhibetur; quae structura iam a scriptoribus N. T. usurpata atque inde ab aetate Antoninorum etiam a scriptoribus Graecis frequentari coepta est. Cf. Vita Theodosii p. 129; plerumque autem apud eiusmodi verba praepositio εἰς secundum normam adhibetur. Ἐν apud verba quae motum in locum significant habes: A. M. 15, 5. 19, 12 sq. 24, 1. 9. 43, 14. A. Chr. 63, 2. 4. 70, 12. 74, 13. 75, 7. 10.

Ἐν instrumentaliter adhibitum est: οὐ γὰρ ἰδύνατο λαλεῖν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ διαλέκτῳ A. Chr. 57, 6. — μὴ ἐν τοιαύταις βασιάνοις ἀνάλισκε τὸν ἄνθρωπον A. Chr. 64, 25 sq. —

Ad causam significandam ἐν positum esse videtur: μὴ καταδικάσῃς ἐν σφάλματι ἁμαρτίας A. Chr. 74, 11. —

Qualitatem significat in: μελανὸν ἐν μελανίᾳ πολλῇ A. Chr. 71, 12. —

Praepositio σύν in Graecitate Pisidiae Phrygiaeque rarius adhibetur quam μετά. Rarissime autem additur rebus.

Personis addita est: A. M. 46, 24. A. Chr. 58, 4. 64, 13. 65, 17. 69, 2. 70, 8. 74, 9. 76, 6.

Rei addita est in: γράδον σύν τῷ βωμῷ C. I. G. 3902 i, 5 (in tit. Eumeniae) et saepius in eiusmodi titulis.

Praepositio εἰς saepius apud verba quae quietem in

loco significant adhibetur, ut: A. M. 43, 25. A. Chr. 70, 19 sq. 71, 1. 72, 20. 75, 12; quae structura etiam apud scriptores optima Graecitatis interdum invenitur. Similiter dictum est καθὼς εἰς τὴν Ἔξοδον Μωυσέως περὶ Ἰαννῆ καὶ Ἰαμβρῆ περιέχει A. M. 35, 14 sq. et ἀφθῆναι εἰς τρεῖς ἀρχάς pro ἐν τρισὶν ἀρχαῖς A. Chr. 71, 1.

Memorabiles vero sunt structurae horum verborum quae communi dicendi generi attribui non possunt, sed nescio an ad linguam Hebraicam sint referendae: κρατήσω αὐτὴν ἐμαυτῷ εἰς γυναῖκα A. M. 17, 14. — λαμβάνω σε ἐμαυτῷ εἰς γυναῖκα ib. 20, 34. — ἔλαβεν εἰς γυναῖκα τοῦ Διὸς τὴν θυγατέρα A. M. 34, 3.

Praeterea: γεννηθήτω μοι τὸ ὕδωρ τοῦτο εἰς χρηστότητα ἐλέους καὶ ἀντὶ τοῦ πνιγῆναί με εἰς σπηλιάριον αἰώνιον γεννηθήτω μοι, εἰς ἀγιασμόν, εἰς μυστήριον βαπτίσματος A. M. 38, 43 sq. —

Finalem significationem habet εἰς locis his: A. M. 42, 8. 43, 20. A. Chr. 60, 3.

Adverbii munere fungitur dictio εἰς ἐν = ὁμοῦ A. Chr. 70, 11.

Verba τιθέναι et φέρειν e praepositione εἰς composita recipiunt dativum loci quo res perfertur, ut: εἰσθήσει τῷ ἱερωτάτῳ φίσκῳ χ φ C. J. G. 3902 k (tit. Eumeniae). — εἰσίοισει τῷ ἱερωτάτῳ φίσκῳ χ πεντακιχίλεια 3922, 8 (in tit. Hierapol.); quae structura insolens est, cum secundum usum communem praepositio iteranda sit.

Praepositio ἀνά in Graecitate vulgari minus frequenter adhibetur; distributive usurpata est in ἀνά ἐκκλησίαν ἐκάστην A. M. 44, 6. — iuncta adiectivo μέσος officio praepositionis μεταξὺ fungitur, ut: καὶ οὕτως κρῖνον ἀνά μέσον ἐμοῦ καὶ τοῦ διαβόλου A. M. 24, 11 sq. —

In compositis verborum eorum, quae vim secedendi habent aut solus genctivus sequitur aut ἀπὸ praepositio adseiscitur, cf. A. M. 30, 20. A. Chr. 72, 4. 58, 10. 65, 19 sq. —

Διὰ praepositionis usus non recedit a communi genere dicendi.

Praepositio κατὰ c. gen. secundum usum communem significat 'contra', ut: A. M. 17, 37. 23, 19. 26, 9. 28, 27. 35, 9. A. Chr. 58, 19. Item in dictione ὀρκίζειν τινὰ κατὰ τινος cum communi genere dicendi congruit, cf. A. M. 36, 26.

Rarius κατὰ sequente accus. ita usurpatur ut 'in loco' significet, cf. A. Chr. 67, 13. Huc pertinet etiam dictio κατὰ μέσον A. M. 27, 12. —

Frequentissime autem adhibetur significatione 'secundum', ut: A. M. 19, 24. 25, 36. A. Chr. 58, 12. 74, 20. 75, 19.

Tempus significat: κατ' ἐνιαυτόν A. Chr. 75, 11. similiter κατ' ὄνειρον C. I. G. 3947, 3 (in tit. Laodic.). —

Etiam in ceteris elocutionibus consentit cum consuetudine optima Graecitatis.

Praepositio ὑπέρ cum accus. constructa rationem comparativam exprimit, cuius exempla iam supra cum de comparativo agerem, attuli.

Cum genetivo construitur, ubi significat pro vel de aliquo, ut: A. M. 20, 10. 41, 11. 45, 23. A. Chr. 66, 5. 12.

De ἐπὶ praepositione animadvertenda sunt haec: verba ponendi interdum recipiunt ἐπὶ c. dat., ubi Graeci ἐπὶ c. accus. adhibere solent, ut: τεθῆναι ἐπὶ καμνίῳ A. M. 21, 14; accusativum secundum normam invenies A. M. 30, 16 sq. A. Chr. 59, 15. —

Rursus verba quiescendi interdum ἐπὶ c. accus. recipiunt, ubi ratio ἐπὶ c. genet. vel dat. postulat, ut: οἱ πόδες αὐτοῦ ἦσαν ἐπὶ τὴν γῆν A. M. 26, 2. — ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ ἐπ' ἐμὲ ἀναπέπαιται ib. 30, 22. — Adverbialiter dicitur ἐπ' ἀληθείας A. M. 21, 27. —

Tempus, per quod actio fit, significat: ἐπὶ ὥρας πολλάς A. Chr. 65, 18. —

Etiam in ceteris structuris norma communis Graecitatis observatur.

Praepositio μετὰ c. accus. constructa pertinet ad tempus; cuius usus in actis s. frequentissimus est. Cum genet. constructa pertinet

1) ad societatem personarum, ut: A. M. 17, 18. 23, 20. 21. 28, 8. 31, 6. 41, 7. 18. 26. 45, 33. 37. A. Chr. 61, 11. 14. 18. 63, 3. 69, 22. 71, 14. 72, 10. 18. 75, 26.

2) ad modum et rationem, ut: A. M. 16, 19. 46, 22. A. Chr. 64, 27. —

3) ad instrumentum, ut: μετὰ τῶν κρεαγρῶν A. M. 22, 11. — μετὰ τῆς χλαμύδος ἔκρυβεν τὴν ὄψιν A. M. 23, 24 sq. — μετὰ γυμνῆς ῥομφαίας A. M. 25, 22. — ἔκρουσεν μετὰ τοῦ καπέντος πώγωνος τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ A. M. 29, 11 sq. similiter A. M. 30, 18. 32, 20 sq. 33, 38. 45, 4. —

Μετὰ cum dativo rarissime construitur ita ut societatem significet; quae structura ad sermonem volgarem referenda est; exemplum esto: Μητροδώρας μετὰ τῷ τέκνῳ κ. ἀνδρὶ Ἐπικτήτῳ C. J. G. 3847 f (tit. Phrygiae). —

Praepositio παρὰ c. genet. ponitur secundum communem usum apud verba proficiscendi, ut: A. M. 43, 32 sq. Praeterea significat personam, per quam aliquid factum est: A. M. 38, 34; additur verbis accipiendi et possidendi et audiendi, cf. A. M. 16, 16 sq. 28. 34, 1. Licentius additur passivis pro ὑπό, velut: A. M. 15, 7. 18, 22 sq. 32, 20. 46, 12. Cum accus. constructa secundum usum communem pertinet ad locum et tempus; etiam significationem 'adversus' habet perinde atque apud Graecos.

Praepositionis πρὸς usus prorsus congruit cum consuetudine communis Graecitatis. Cum dativo constructae nullum exemplum exstat. Cum accus. constructa secundum communem usum motum in locum significat. Eadem affectum animi ad aliquem pertinentem aequae atque apud optimos scriptores Graecos significat, ut: πάντα ἡ διάνοια αὐτῆς πρὸς κύριον ἦν A. M. 17, 2 sq. Ceterae structurae cum plane eadem sint quae in optima Graecitate non egent exemplis. —

Praepositio ὑπὸ c. genet. apud verba passiva non

solum nominibus personarum, verum etiam rebus quibus efficitur aliquid, additur, cf. A. M. 20, 29 sq. 21, 29. A. Chr. 70, 28 sq. 75, 20.

Cum dativo constructa est: προτραπέιχα ὑπὸ τοῖς θεοῖς σεμνῶς ὀφείλω θῦσαι τοῖς θεοῖς A. Chr. 57, 15 sq. (quamquam lectio incerta est).

Cum accus. constructa adhibetur apud verba quietem in loco significantia, ubi genitivum vel dativum expectamus, ut: κείμεν δ' ὑπὸ τύμβον C. I. G. 3846 z⁶¹ (in tit. Aezean. a. 278). — ἡ κορὸς καὶ ὁ τόπος ὁ ὑπὸ αὐτήν 3930, 1 (in tit. Hierapol.) cf. 3931, 1 ib. — A. M. 38, 47: κεπάσης με τῷ πνεύματί σου ὑπὸ τὴν ἀρίαν σου στολήν. Qui usus maxime pertinet ad sermonem volgarem.

Eadem significatione atque εἰς ἐν etiam ὑφ' ἐν dicitur A. Chr. 72, 1.

Ex copia adverbiorum eorum, quae etiam praepositionum munera suscipiunt, animadvertenda sunt haec: ἄχρις et μέχρι tantummodo ad tempus pertinent recipiuntque genitivum, ut: A. M. 36, 28. A. Chr. 70, 1; ἕως c. genet. pertinet ad locum et tempus; ad locum: A. M. 30, 28. A. Chr. 68, 21; ad tempus: A. M. 31, 39. 36, 27. A. Chr. 74, 21. 75, 14; adverbio temporis praepositur: ἕως τότε; A. M. 23, 29 (ut saepius apud posteriores scriptores Graecos).

Adverbium ἅμα non solum cum dativo, sed etiam cum genitivo construi potuisse videtur; cum dativo constructum est in: ἅμα ἄλλοις κορασίαις A. M. 17, 8. — ἅμα τοῖς φοθινοτάτοις μου τέκνοις Mitt. 13. 261 (85) (tit. Laodic.); cum genet. constructum est: στοαὶ ἅμα τῆς [π]ύλης Amer. Journ. of Archaeol. 4. 263 (tit. Comamensis).

Eadem ratione atque apud scriptores V. et N. Test. etiam in actis s. adverbium ἐνώπιον c. genitivo iungitur non solum verbis, quae quietem in loco, sed etiam eis quae motum in locum significant; verbis quiescendi additum est: A. M. 41, 16. 42, 39. 45, 22. 46, 13. A. Chr. 58, 14. — verbis movendi attributum est: A. M. 16, 30. 23, 20. A. Chr. 63, 10. —

Pro praepositione πρὸ similiter adhibetur ἔμπροσθεν c. genet. apud verba quiescendi et movendi, ut a) A. M. 36, 25. — b) A. Chr. 73, 11.

Praeterea adverbium ἐπάνω cum genitivo constructum eadem ratione apud verba quiescendi et movendi usurpatur ut a) A. M. 30, 29. 39, 13. 40, 22. 46, 9. A. Chr. 75, 4. — b) A. M. 26, 17. A. Chr. 70, 30.

Postremo loco commemorandum est ὑποκάτω c. genet. apud verba quiescendi et movendi, ut: a) A. M. 40, 23. A. Chr. 64, 15. — b) A. M. 27, 6. — Structurae adverbiorum supra commemoratorum cum genitivo etiam apud posterioris Graecitatis scriptores frequenter inveniuntur.

Addendum est interdum verba simplicia ita adhiberi ut e praepositionibus κατὰ et ἐν composita verba, ideoque dicitur: θεῖναι pro ἐνθεῖναι C. I. G. 3902 (tit. Eumen.). 3902 e ib. 3902 h ib. 3902 l ib. 3902 m ib. 3902 n ib. 3902 q ib. — βάλλειν pro ἐμβάλλειν A. M. 38, 38 sq. A. Chr. 70, 12. 73, 5. — ῥίπτειν pro καταρρίπτειν A. M. 36, 1. A. Chr. 62, 6. 69, 19. 73, 8; qui usus nescio an sermoni volgari assignandus sit. Cf. quae de hoc usu dixit Usenerus in Vita Theodosii p. 141.

XXI. De usu coniunctionum.

In numero coniunctionum dignae sunt, quae accuratius tractentur hae:

Δὴ coniunctio in forma εἶτις δὲν et εἶτι δὲν cum insequente ἄν per crasin coalescit. Exempla iam supra attuli, cum de pronomine τίς dicerem.

Coniunctio ἐπεὶ plerumque significat 'nam'. Interdum autem accedit ad vim εἰ δὲ μή = alioquin, ut A. M. 23, 30: εἶξον καὶ θύσον. ἐπεὶ βασιανισθήσῃ ἕως θανάτου, εἰ μὴ μου ἀνάσχη. cf. etiam C. I. G. 3953 i (tit. Trapezopol.). Bull. 7. 268 (10) (tit. Cretopol.). —

Coniunctionis muneribus etiam λοιπὸν fungitur atque

perinde atque οὖν alterum enuntiati locum occupat. Videtur plerumque imperativo additum fuisse. Semel una cum οὖν adhibitum est. Praeterea etiam καὶ λοιπὸν in fronte enuntiati positum in usu erat. Imperativo additur: A. M. 21, 27. 23, 29. — οὖν λοιπὸν coniunguntur A. Chr. 74, 22. — καὶ λοιπὸν usurpatur A. M. 35, 20; qui usus ad sermonem volgarem referendus est. Primus Polybius hac voce ut coniunctione usus esse videtur. Usus permansit in sermone volgari usque ad nostram memoriam.

Similiter ὅθεν munera coniunctionis conclusivae suscipit atque plerumque imperativo apponitur. Eiusmodi exemplum invenies A. M. 19, 19. —

Τοίνυν coniunctio contra usum communem vel in fronte enuntiati ponitur ut A. Chr. 56, 2 vel post sextam demum vocem infertur ut A. M. 15, 14; quae licentia sermoni volgari adsignetur oportet.

Dictiones ἐκτός εἰ μὴ et χωρὶς εἰ μὴ quae a posterioris Graecitatis scriptoribus frequentantur, in titulis sepulchralibus maxime adhibentur, ut: C. J. G. 3915 (tit. Hierapol.) et 3902 m (tit. Eumen.) et passim.

XXII. De usu adverbiorum.

Ex adverbiorum copia variae formae αἴφνης A. M. 27, 17; ἐξαίφνης A. M. 25, 23. 41, 22; αἰφνιδίως A. M. 21, 22 imprimis notandae sunt.

Adverbium οὕτως prorsus naturam adverbii ἔπειτα induisse videtur, praesertim ubi antecedit καὶ particula, velut: A. M. 24, 11. 27, 7. 11. 31, 5. 37. 33, 7. 8. 15. 19. 20. 36, 36. 43, 27. 45, 21. 34. 35. 45, 4. A. Chr. 63, 3. 6. 65, 16. 76, 4.

Ut in adhibendis praepositionibus nulla ratio habetur utrum verbo quiescendi an movendi apponantur, item in usurpandis adverbii localibus magna licentia est, cf. οἱ ἐκεῖσε ἐστῶτες A. M. 23, 26. — ἔρριψεν αὐτὸν ἐκεῖ A. M. 36, 39. cf. A. Chr. 73, 8. — καὶ μὴ ἐγγίχη ἐκεῖ ὀρημῆ τῶν

δαμόνων A. M. 43, 31. — πορεύου ὅπου βούλει A. Chr. 61, 16. Adverbium ὅποι nusquam invenitur.

Similiter dicitur ὅπισθεν pro ὀπίσω: ὅπισθεν ἑαυτὸν ἔδωκεν A. Chr. 74, 26. cf. 60, 9. —

Ad usum communis Graecitatis referendae sunt formae ἔνθα καὶ ἔνθα A. Chr. 68, 22. 73, 10; ἔνθεν καὶ ἔνθεν ib. 59, 15.

XXIII. De particulis negativis.

Participiis etiamsi sine vi condicionali sunt in actis s. usquequaque negativa μὴ additur. In titulis Pisidiae Phrygiaeque particulae negativae omni differentia remota promiscue usurpantur; cf. μηδενὸς ἔχοντος ἔξουσίαν ἐμβαλεῖν C. I. G. 3865 q (tit. Traianopol.). — μὴ φειδάμενον Journ. of hell. stud. IV, 413 (28) (tit. Palaeo-Sebast.). — οὐκ ἔχοντος ἔξουσίαν ἑτέρου ἐπιτενεγκεῖν C. J. G. 3872 b (tit. Sebast.). —

In eis sententiis relativis quae generalem personam significant, secundum normam μὴ adhibetur, ut: ὅστις δὲ μὴ συνέλθη A. Chr. 72, 8.

In enuntiatis condicionalibus norma communis Graecitatis observatur; ideoque εἰ μὴ invenies: A. M. 23, 31. 37, 18. 45, 32. A. Chr. 68, 13. 72, 16. Interdum autem post εἰ particula οὐ posita est, ut: A. M. 20, 9. A. Chr. 68, 1. Quamquam hic usus non prorsus a communi genere dicendi abhorret.

Secundum normam communis Graecitatis coniunctivus prohibitivus negationem μὴ poscit. Atque etiam optativo regulae convenienter μὴ apponitur. At indicativo futuri, si munere imperativi fungitur, non solum οὐ sed etiam μὴ additur; qui usus etiam scriptoribus Graecis frequens fuit, nisi quod οὐ magis rationi convenit. In actis s. non nisi μὴ usurpatur; in titulis autem utraque negativa locum habet; μὴ adhibetur: A. M. 43, 32. 44, 1. C. I. G. 3827 y (tit. Cotyaei). — οὐ usurpatur: C. I. G. 3916,

8—14 (tit. Hierapol.). Bull. 7. 309 (33) (tit. Apam.); ib. 17. 246 (15) (tit. Phryg.). —

Lex qua praecipitur, ut post οὐ et μὴ pergatur per οὐδὲ et μηδὲ paucis tantummodo locis observatur; plerumque καὶ οὐ et καὶ μὴ adseruntur, ut: a) normae convenienter οὐδὲ adhibetur: A. M. 19, 23. — b) contra normam: A. M. 17, 19. 24, 14. 16 sq. 37, 23 sq. 43, 31 sqq.

Nonnumquam post οὐ positum est οὔτε, ut: οὐκ ἐπιτηδεύουσιν τῶν γονέων τὰ ὄσπερ οὔτε ἕτερός τις Bull. 7. 309 (33) (tit. Apam.). — ὡς ἡ θυγάτηρ τὴν μητέρα οὐκ ἐχόρτασεν οὔτε ἡ μήτηρ τὴν θυγατέρα, οὕτως μὴ χορτασθῆ τις ἐκ Bull. 17. 269 (56) (tit. Sebast.). Quam formam cave putaveris remotam esse a communi dicendi genere. Exempla iam apud optima Graecitatis scriptores invenias. Non audiendus est Matthiaeus, qui hunc usum vehementer negat in gr. ampl. p. 1448.

Adnotasse sufficiat formam οὔτε — οὐδὲ quae etiam scriptoribus Graecis frequens est, a sermone vulgari neglectam non esse, cf. οὔτε συνγενῆς οὐδὲ ἐξωτικός Bull. 17. 246 (15) (tit. Phryg.). —

Digna quae notetur est forma negativarum copularum μὴ — μηδὲ — μηδὲ — μήτε A. Chr. 74, 13 sq., in qua normae communis Graecitatis respondent μὴ — μηδὲ — μηδέ, quartum autem membrum insolentius usurpatur.

Consentit cum optima Graecitate dictio οὐ μὴ sequente coni. aor.: A. M. 21, 19 sq. 23, 33. 45, 22. A. Chr. 73, 8 sq. 74, 20 sq.

XXIV. De particulis interrogativis.

In interrogationibus directis secundum communem usum usurpantur pronomina interrogativa et particulae interrogativae; raro interrogatio particula caret. In usu sunt particulae: οὐχί, οὐκοῦν, ἄρα μή, μή. Exempla ponamus haec: οὐχὶ συνέθου θύειν τοῖς θεοῖς; A. Chr. 68, 14 sq. — οὐκοῦν καὶ αὐτὴ ἐπικαλεῖται τὸ ὄνομα τοῦ Γαλι-

λαίου; A. M. 19, 17 sq. — ἄρα μὴ ὑπὸν κατέχονται; A. Chr. 67, 29. — οἱ θεοὶ σου μὴ δύνανται μετὰ τοῦ Χριστοῦ εἰπεῖν; A. Chr. 75, 25 sq. —

Sine particula interrogatur: θέλεις μαθεῖν ποίας θρησκείας εἰμί; A. Chr. 64, 5.

In interrogationibus indirectis plerumque pronomem interrogativum directum servatur, ut: A. M. 15, 12. 32, 34. 34, 27. 35, 22. Raro usurpatur pronomem indefinitum: A. M. 15, 11. 26, 8.

In appendice quaedam mihi adicienda videntur de asyndeto et de subiecto normae communis Graecitatis parum convenienter expresso.

Duae sententiae sine particula componuntur, ubi usus communis Graecitatis δὲ vel καὶ postulat: A. M. 18, 41. 19, 7. 8. 20, 27. 36. 23, 31. 29, 6. 31, 9. 34, 26. 32. 37, 15. 30. 38, 52. 54. 42, 39. 45, 32. A. Chr. 59, 5. 61, 13. 64, 3. 4. 9. 64, 17. 21. 65, 9. 10. 66, 6. 7. 21. 68, 14. 69, 1. 70, 3. 75, 12. —

γὰρ coniunctio omissa est A. Chr. 70, 23.

In sententiis inter se oppositis subiecta parum accurate exprimuntur ita, ut verbum tantummodo cum pondere dictum esse videatur, ut A. M. 29, 10.

Practerea subiectum parum Graecitati communi convenienter expressum est A. Chr. 61, 6. 62, 3. 64, 19. 65, 27. 66, 6. 7. 11. 16. 67, 21. 68, 25. 72, 17. 25. 73, 2. 7. 10. 14. 26. 74, 26. 75, 4. 14.

Rarius ita subiectum supervacaneo exprimitur, ut subiecto alterius enuntiati oppositum esse videatur ideoque sensum perturbet, ut: ὁ δὲ λέγει· κατενέγκατε αὐτὸν ἀπὸ τῶν δεσμῶν. καὶ λέγει αὐτῷ ὁ βασιλεὺς A. Chr. 65, 1. —

Assimilationis casus unum exemplum exstat θλίβειν τοὺς τῷ θεῷ ἀνατεθειμένους A. M. 17, 6 sq.

Ex anacoluthorum numero profero haec: καὶ ἐλθὼν ὁ κύριος ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἱπτάμενος μετὰ τῶν ἀγίων ἀγγέλων αὐτοῦ κύκλῳ τοῦ λειψάνου τῆς ἀγίας κόρης, κατήλθον δώδεκα ἄγγελοι ἐπὶ τὸ λείψανον καὶ λαβόντες τὴν κεφαλὴν τῆς μάρτυρος ἀπήγαγον πρὸς τὸν κύριον· καὶ νεύσας ὁ κύριος ταῖς νεφέλαις, ἔκλιναν ἀπὸ τοῦ ὕψους τῶν ὀρέων, καὶ οἱ ἄγγελοι μετὰ φωνῆς ἔψαλλον A. M. 45, 36 sqq. — ἵνα πᾶς ἄνθρωπος ὁ ἔχων βραχὺ τι λείψανόν μου, δύναμις ἔσται ἐν αὐτῷ, ὥστε φανερώς διώκειν δαίμονας A. Chr. 74, 8 sqq. —

Quibusdam locis per ellipsim unum verbum raro plura suppressa ex contextu sententiae vel antecedentibus subaudienda sunt; eiusmodi exempla habes: περὶ δὲ τὸν τράχηλον αὐτοῦ ὄφεις ἐίλιγμένοι (sc. ὑπήρχον) A. M. 25, 29. cf. 32, 29 sqq. 32, 32 sq. 33, 14. 34, 27 sqq. 36. A. Chr. 46, 8 sq. 64, 4. 66, 21. 70, 15 sq. 71, 11 sqq. 25 sq. 72, 7. 10. — καὶ αἰφνης πάλιν ἀπὸ τῆς ἄλλης γωνίας τῆς φυλακῆς δαίμων μέγας πεπτωκὼς ἐπὶ τὰ γόνατα τῆς ἀγίας Μαρίας A. M. 27, 17 sq., subaudiendum est verbum ἐξήλθεν ut 25, 23. — ὁ δὲ κύριος πρὸς αὐτήν (sc. εἶπεν) A. M. 42, 36. — ἵνα μὴ ὡς ἡ ἄλλη κακὸν τέλος τοῦ βίου ἔδωκεν, οὕτως καὶ σύ A. Chr. 67, 7 sq.

VITA.

Ioannes Compennass natus sum in oppido Chatterum Salmuenster d. XXVI mens. Mai a. h. s. LXVII patre Francisco, matre Amelia, quibus superstibus lactor. Fidem profiteor catholicam. Primis litterarum elementis privatim imbutus frequentavi gymnasium Navo-Cruciniae. Autumno anni XC maturitatis testimonium adeptus in universitatem Bonnensem me contuli, ut studiis philologicis operam darem. Duobus autem semestribus interiectis Lipsiam transmigravi, ut studio linguarum comparandarum operam navarem. Atque benignitate v. cl. Caroli Frid. Brugmanni factum est, ut in numerum sodalium Societatis Grammaticorum reciperer. Per duos semestres Lipsiae commoratus ut ultimis scholis interesset Bonnam reverti.

Per omne hoc temporis spatium docuerunt me viri clarissimi doctissimi:

Lipsienses: Brugmann, Immisch, Ribbeck, Sievers, Wolff.

Bonnenses: Buecheler, Elter, Jacobi, Klein, Menzel, Neuhaeuser, Nissen, Solmsen, Usener, Wilmanns.

Omnibus his praeceptoribus semper gratias habeo quam maximas.

SENTENTIAE CONTROVERSARUM.

- I. Bull. de corr. hell. VII p. 453 l. 11 pro Ξανθίππου Γείνοσ scribendum est Ξανθίππου Υγείνοσ. —
- II. Prisci Panitae frg. p. 310 sq. (Dind.) legitur: ἔνδον δὲ τοῦ περιβόλου πλείστα ἐτύχανεν οἰκήματα, τὰ μὲν ἐκ κανίδων ἐγγλύφων καὶ ἡρμοσμένων εἰς εὐπρέπειαν, τὰ δὲ ἐκ λόγων κεκαθαρμένων καὶ πρὸς εὐθύτητα ἀπεξεσμένων. Sensu caret vox λόγων; haud scio an sub λόγων latet vox λύδων. —
- III. Agath. Hist. p. 16, 4 recte Niebuhrius pro ὁμομένα, quod exhibet cod. Rehdiger., restituit ὠμομένα; male p. 94, 12 pro ὠμομένωσ scripsit ὁμωμοσμένον; restituendum erat ὠμοσμένον; quam rem nullis probabilibus argumentis refellere studet L. Dindorf in Fleckeiseni Ann. a. 1869 fsel. 7 p. 460. —
- IV. Theodosii Acaroas. I v. 6 sqq. Hasius lectionem ὅταν παρεστῶσ μυριοξίφω μάχη τὰσ συμφορὰσ ἔπεμπε τῇ πορθουμένη μεριτο intactam reliquit. —
- V. ib. v. 261 traditur: ἡ κεκαυμένη Κρήτη παθοῦσα συμφορὰσ ἰσοκράτουσ; male Hasius correxit ἰσοκρατεῖσ. (Cf. Hatzidakis Introd. in gr. Neogr. p. 430 sq.)
- VI. ib. IV v. 131 legitur in mss.: βάλλων ἑαυτὸν δυσπαλαίσταισ φροντίαι; male restituit Hasius δυσπαλαίστοισ. (Cf. Hatzidakis p. 27.) —
- VII. C. I. G. III. 4428, 4 f recte suppletum est [τὴν ἡμι]σίαν. Formam ἡμίσιος in usu fuisse confirmant Pap. III, p. 334, l. 4. —
- VIII. Act. Anastasii Pers. p. 26^b 7 recte traditur ἀποθανεῖ.

BRITTLE DO NOT
PHOTOCOPY

COLUMBIA UNIVERSITY

0032016573

JAN 83 1924

